BIBLIOTECA NAZ.
150
L
50
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
L
50
NAPOLI

Digitized by Google

ESTETICA E
APPLICAZ.
150
L
50-52
BIB.NAZ.NAPOLI
- m. 87

POLYMATHIA

SEU

Ad Multiplicem Scientiarum Notitiam Brevis Methodus, & Accurata

QUAM

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO

D. BALTHASSARI ODESCALCHIO

CERITUM DUCI

SAC. CÆS. IMP. MA. CUBICULARIO

REG. ORD. S. STEPHANI

IN HUNGARIA COMMENDATARIO

FRANCISCUS ROBERTI

O. D.

ROMÆ MDCCLXXXIV.

EX TYPOGRAPHIA ARCHANGELI CASALETTI

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

YA1 1509823

Digitized by Google

AMICO LECTORI

Tribus viam Facultatibus plane ampliſſimis munit hæc Polymathiæ noſtræ Pars tertia, quemadmodum videre tibi facile erit, illam animo præiudiciis vacuo percurrenti, Philoſophiæ ſcilicet, Naturæ Iuri, ac Theologiæ. Philoſophiæ nomine non hoc loci Inſtitutiones intelligimus, quæ & plura implerent volumina, & in doctoribus plurimis, quos in operis pecursu proferimus, egregie ſunt atque ætate dræſertim hac noſtra ubertim explicatæ. Quorum Pronunciata in noſtris Diſquiſitionibus(1) ante iam editis examinavimus; ſed potius methodum intelligimus, qua nec longo tempore, nec ſine utilitate eas arripere, ac tenere ſtudioſi Iuvenes poſſint. Dein Jus Naturæ tot librorum, ac diſputationum ſegetem ad certa capita revocavimus, celebriora hac ſuper facultate ſyſtemata rite diſcutiendo. Huius aliquando de Theologia diſſerimus, quam in plures partes, & ſingulas certe per ſe ampliſſimas, Docto-

res

(1) *Diſquſ.* 111 *a pag.* 20. *ad* 90.

res ſapientiſſimi digeſſerunt: veſtigiis inhærentes, ſalubres, ni fallor, canones, & animadverſionespro ſingulis exiaemus. Omnia probatiſſimorum, quos in medium adducimus auctoritate, & ſuffragio virorum ſtabilita reperies, eorumque ut plurimum, non modo ſententias, ſed verba ipſa protulimus. Diu te benigne Lector boni ſuperi ſoſpitent: Interea his utere, ſi ſapiunt, ſin minus corrige, aut ſaltem ignoſce.

Digitized by Google

IMPRIMATUR.

Si videbitur Rmo Patri Sacri Palatii APoſtolici Magiſtro,

Franciſcus Antonius Marcucci ab I. C. Patr. Conſtant. Vicesg.

APPROBATIO

TErtia Polymathiæ pars, quam iuſſu Rmi P. Magiſtri S. P. Apoſtolici perlegi, æque utilis, qnam quæ præceſſerunt, facile invenitur; vel ſi vocaverim apprime neceſſariam, non immerito certe dixerim. Tr aduntur hic præ cæteris, Canones adamuſſim exacti ad rite Philoſophiam, & Theologiam addiſcendam opportuni, qui cum contra effrænem differendi licentiam ſtatutos limites ponant, habebit equidem ſtudioſa Iuventus, iiſdemmet ſi bene utatur, quo in veritatis inquiſitionem, ſine erroris periculo, dirigere ſemet tuto valeat: quod quantum interſit, hac noſtra præſertim ætate, nemo unus non intelligit. Quapropter benè actum erit, cenſeo, ſi publicis mandetur Typis. Datum in Conventu Jesu Mariæ Die 24. Iulii 1784.

Fr. Dominicus Nicolaus Auguſtinenſis Exalceatus Sac. Indicis Cong. Conſultor.

Bernardinus Famiani.

IMPRIMATUR,

Fr. Thomas Maria Mammachi Ordinis Præd. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

INDEX

Capitum, & Paragraphorum.

CAPUT I.

De Philoſophia, & Philoſophis. Pag. 1.

CAPUT II.

De Jure Naturæ. Pag. 45.

CAPUT III.

De Theologia, & Theologis 86.

§. I.

Quæ neceſſaria ſunt, quæque vitio vertuntur Theologo, exponuntur. 121.

§. II.

De Scholaſtica Theologia. 144.

§. III.

§. III.

De Theologia Poſitiva, & Polemyca. 203

§. IV.

De Morali Tehologia. 221.

§. V.

De Miſtyca Theologia.

Digitized by Google

Sane quum in omnibus litteris meis non ſolum pium Lectorem; ſed etiam liberum Correctorem deſiderem, multo maxime in his, ubi ipſa magnitudo quæſtionis, utinam tam multos inventores habere poſſit, quam multos contradictores habet; Verumtamen ſicut Lectorem meum nolo mihi eſſe debitum, ita Correctorem nolo sibi. Ille me non amet amplius, quam catholicam fidem: ille ſe non amet amplius quam catholicam veritatem. Sicut illi dico: Noli meis litteris quaſi ſcripturis canonicis inſervire, ſed in illis, & quod non credebas, quum inveneris incunctanter crede: in iſtis autem, quod certum non habebas, niſi certum intellexeris, noli firme retinere: Ita illi dico: Noli meas litteras ex tua opinione, vel contentione, ſed ex divina lectione, vel inconcuſſa ratione corrigere.

Auguſtinus de Trinit. Lib. 3. cap. 1.

Digitized by Google

POLYMATHIÆ
PARS TERTIA.

DE amenioribus nonnullis diſciplinis egimus iam in Prima, & Secunda Polymathiæ huius noſtræ parte, ad ſeveriores nunc Facultes progredimur: quumque inter has Philoſophia Scientiarum omnium veluti fundamentum habeatur, ordiendum ab ea iure exiſtimamus.

CAPUT I.
De Philoſophia, & Philoſophis.

PHiloſophiam ampliſſimæ ſignificationis nomen, & dignitate pleniſſimum diſciplinis omnibus neceſſariam eſſe, is unus ignorat, qui id ignorat, in quo ipſa verſetur. Enim vero quum duæ ſint præcipuæ hominis

facultates Intellectus nempe, ac Voluntas, utramque erudiendam ſibi, perficiendamque Philoſophia ſumit, & Rationalis quidem ingenium acuit, & ad veri veſtigationem manu veluti ducit: Naturalis porro animum cognitionibus innumeris aeque, ac iucundiſſimis locupletat: Moralis autem recte vivendi, agendique viam commoſtrat: ad rem Seneca (1) *Animum format, & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda, & omittenda demonſtrat, ſedet ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuantium dirigit curſum, ſine hac nemo ſecurus eſt, innumerabilia accidunt ſingulis horis, quæ conſilium exigunt, quod ab hac petendum eſt*, his ſimilia non ſemel aut iterum, ſed pluries inſinuat: Facultates alias a Philoſophia promanaſſe, atque ortum habuiſſe ſcribit Tullius ad Quintum Fratrem (2): *Neque enim te fugit*, inquit, *laudatarum artium omnium procreatricem quamdam, & quaſi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant ab hominibus doctiſſimis iudicari, in qua difficile eſt enumerare, quot viri quanta ſcientia, quantaque in ſuis ſtudiis varietate, & copia fuerint, qui non una aliqua in* [illegible] *re*

(1) Epiſt. 16. ad Lucilium.

(2) Lib. 1. de Orat. §. 3.

re ſeparatim elaborarint: ſed omnia quæcumque poſſent vel ſcientiæ perveſtigatione, vel diſſerendi ratione comprehenderint (a): Neque haec ſine animi voluptate, atque oblectatione fieri poſſe Tullius idem (1) ait: *Eſt enim animorum, ingeniorumque naturale pabulum conſideratio, contemplatioque naturæ: exigimur, clariores fieri videmur, humana deſpicimus, cogitanteſque ſupera, atque cæleſtia, hæc noſtra ut exigua, & minima contemnimus. Indagatio ipſa rerum tum maximarum, tum occultiſſimarum habet oblectationem; ſi vero aliquid occurret, quod veriſimile videatur, humaniſſima completur animus voluptate.*

Plura nos de Præſtantia Recentioris Philoſophiæ ad Veterem adiecimus Diſquiſitionibus noſtris editis (2): Fuſo item calamo examen

A 2 ad-

(a) Idipſum firmat Philoſophum deſcribens Tullius (3) Philoſophum eum eſſe ait, *Qui de ſua vi, ac ſapientia unus omnia pene profitetur: eſt tamen quædam deſcriptio, ut is, qui ſtudeat omnium rerum divinarum, atque humanarum vim, naturam, cauſſaſque noſſe, & omnem bene vivendi rationem tenere, & perſequi, nomine hoc appelletur.*

(1) Quæſt. Academ. Lib. 4.

(2) Diſquiſit. 1.

(3) Lib. 1. de Oratore §. 49.

facultates Intellectus nempe, ac Voluntas, utramque erudiendam ſibi, perficiendamque Philoſophia ſumit, & Rationalis quidem ingenium acuit, & ad veri veſtigationem manu veluti ducit: Naturalis porro animum cognitionibus innumeris aeque, ac iucundiſſimis locupletat: Moralis autem recte vivendi, agendique viam commoſtrat: ad rem Seneca (1) *Animum format, & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda, & omittenda demonſtrat, ſedet ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuantium dirigit curſum, ſine hac nemo ſecurus eſt, innumerabilia accidunt ſingulis horis, quæ conſilium exigunt, quod ab hac petendum eſt*, his ſimilia non ſemel aut iterum, ſed pluries inſinuat: Facultates alias a Philoſophia promanaſſe, atque ortum habuiſſe ſcribit Tullius ad Quintum Fratrem (2): *Neque enim te fugit*, inquit, *laudatarum artium omnium procreatricem quamdam, & quaſi parentem eam, quam* φιλοσοφίαν *Graeci vocant ab hominibus doctiſſimis iudicari, in qua difficile eſt enumerare, quot viri quanta ſcientia, quantaque in ſuis ſtudiis varietate, & copia fuerint, qui non una aliqua in re*

(1) Epiſt. 16. ad Lucilium.

(2) Lib. 1. de Orat. §. 3.

re ſeparatim elaborarint: ſed omnia quæcumque poſſent vel ſcientiæ perveſtigatione, vel differendi ratione comprehenderint (a): Neque haec ſine animi voluptate, atque oblectatione fieri poſſe Tullius idem (1) ait: *Eſt enim animorum, ingeniorumque naturale pabulum conſideratio, contemplatioque naturæ: exigimur, clariores fieri videmur, humana deſpicimus, cogitanteſque ſupera, atque cæleſtia, hæc noſtra ut exigua, & minima contemnimus. Indagatio ipſa rerum tum maximarum, tum occultiſſimarum habet oblectationem; ſi vero aliquid occurret, quod veriſimile videatur, humaniſſima completur animus voluptate.*

Plura nos de Præſtantia Recentioris Philoſophiæ ad Veterem adiecimus Diſquiſitionibus noſtris editis (2): Fuſo item calamo examen

(a) Idipſum firmat Philoſophum deſcribens Tullius (3) Philoſophum eum eſſe ait, *Qui de ſua vi, ac ſapientia unus omnia pene profitetur: eſt tamen quædam deſcriptio, ut is, qui ſtudeat omnium rerum divinarum, atque humanarum vim, naturam, cauſſaſque noſſe, & omnem bene vivendi rationem tenere, & perſequi, nomine hoc appelletur.*

(1) Quæſt. Academ. Lib. 4.
(2) Diſquiſit. 1.
(3) Lib. 1. de Oratore §. 49.

addidimus nonnullarum Poſitionum, quæ ut Pronunciata in ſcholis habentur, atque nuncupari conſueverunt (1). Hoc itaque loci aliqua per nonnullos canones quæ ad Philoſophiam potius tradendam, combibendamque iuventuti facere videntur, breviter expediemus.

Canon I. Etſi in facultatibus omnibus commendabilis ſit Perſpicuitas, in philoſophicis vero diſciplinis ſummopere neceſſaria erit (a): De acutis, ſubtilibuſque argumentis quum philoſophia agat, ſi quid obſcuritatis ad-

(a) Ut Perſpicuitas in philoſophicis habeatur hæc præ oculis habeantur: Nihil in vocibus obſcurum relinquatur, æquivocum nihil, quod non explanetur.

In Definitionibus voces uſurpentur, vel communi uſu receptæ, vel iam antea explicatæ.

Nullum ſumatur Pronunciatum, quod non ſit ab omnibus ſine hæſitatione receptum.

Id pro evidente habeatur, quod vel mediocri mentis attentione, ut tale cognoſcatur.

A Simplicioribus ad compoſita: a clarioribus ad minus clara pergatur.

Monet tamen D. Thomas (2) *Oportere a Logica incipere, non quia ipſa ſit facilior cæteris ſcientiis, ſed quia aliæ ſcientiæ dependent ab ipſa in quantum ipſa docet modum procedendi in omnibus aliis ſcientiis.*

(1) Diſquiſit. 2.

(2) Opuſc. 70.

admiſceat, oblectationis loco & voluptatis nauſeam creabit, & ſtomachum.

Canon II. Perſpicuitatem promovet methodus, qua in ſuas partes, quod nos ſub initium indicavimus, dividatur Facultas: *Philoſophiæ tres partes eſſe dixerunt*, ait Seneca (1) *& maximi, & plurimi Auctores Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum: ſecunda rerum naturam ſcrutatur: tertia proprietates verborum exigit, & ſtructuram, & argumentationes ne pro vero falſa ſurrepant.*

Canon III. Philoſophos, qui una contenti oratoria declamatione, dialecticis deſtituti ſunt præceptis iure inermes, & nudos cum Tullio (2) dicimus; ipſe enim de Epicuro loquens: *Iam in altera*, ait, *Philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi, ac diſſerendi iſte veſter plane, ut mihi videtur, inermis, ac nudus eſt* (a). *Tollit definitiones, nihil de di-*

 vi-

(a) Suos quoque Dialecticæ canones habuiſſe Epicureos notat Seneca (3). *Epicurei*, ait, *duas partes Philoſophiæ putaverunt eſſe Naturalem, atque Moralem: Rationalem removerunt: deinde quum ipſis re-*

(1) Epiſt. 89. ad Lucil.
(2) Academ. Quæſt. Lib. 1.
(3) Epiſt. 89. ad Lucil.

videndo, ac partiendo docet: non quomodo efficiatur, concludaturque ratio tradit: non qua via captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit.

Canon IV. Supervacanea amputentur, atque inutilia reſecentur quæſita, ne conſumpto fruſtra tempore, vacuus tandem Adoleſcens a Philoſophia diſcedat (a): *Vitium eſt*, ait Tullius (1), *quod quidam nimis magnum ſtu-*

rebus cogerentur ambigua ſecernere, falſa ſub ſpecie veri latentia coarguere, ipſi quoque locum, quem de Iudicio, & Regula appellant, alio nomine Rationalem induxerunt.

(a) Recentiores Philoſophi in Veteres plus nimio invehentes inutilium quæſtionum catalogum veluti contexunt, ut Ioannes Franciſcus Buddæus, qui *In dogmatibus*, inquit (2), *Scholaſticorum, hoc maxime obſervandum, quod circa inutilia, futilia, meraſque λογομαχίας fuerint occupati, Logicæ, & Metaphyſicæ maximum ſtatuerunt pretium: hinc de Prædicamentis, Prædicabilibuſque, ad nauſeam uſque diſputant, quemadmodum & de principio Individuationis, de radice Futuritionis, de Suppoſitalitate, & Perſonalitate, & huiuſmodi infinitis nugis valde fuere ſolliciti, ſic & Phyſicam fere totam in Metaphyſicam converterunt: Sit ne Phyſica Ars, an Scientia? deturne motus ad Subſtantiam? &c.* Idem effi-

(1) Lib. 1. de Offic.
(2) Hiſt. Philoſ. pag. 70.

ſtudium, multamque operam in res obſcuras,
A 4 *at-*

efficit Illuſtriſſimus Melchior Canus (1) *Quis enim, ait, ferre poſſit diſputationes illas de Univerſalibus, de nominum analogia, de primo cognito, de Principio individuationis (ſic enim inſcribunt), de diſtinctione quantitatis a re quanta, de maximo, & minimo, de infinito, & de intenſione, & remiſſione, de proportionibus, & gradibus, deque aliis huiuſmodi ſexcentis, quæ ego etiam quum nec eſſem ingenio minus tardo, nec his intelligendis parum temporis, & diligentiæ adhibuiſſem animo vel informare non poteram: puderet me dicere non intelligere, ſi ipſi intelligerent, qui hæc tractarunt.*

Non deſunt præterea, qui veteribus illudentes plura effingunt quæſita, quæ ſibi examinanda propoſuere, ut Ioannes Burckardus Menkenius (2) Lipſienſis Academiæ Præſeſ: *Quodnam* ſcilicet *minus ſit miraculum an ſi elephas æque exiguus fuerit ac pulex: an vero ſi pulex magnitudine ſua æquaverit Elephantem: aut, num chymæra in vacuo bombillans poſſit comedere ſecundas intentiones.*

Non negaverim ſupervacua plura veteres pertractaſſe, atque inutilia: ſuperfluas & quidem ſenticoſas examinandas ſibi propoſuiſſe difficultates, ut & nos diſquiſitione noſtra prima *De Præſtantia Recentioris Philoſophiæ ad Antiquam* (3) non paucis expoſuimus. Neque is ſane ego ſum, qui vel Petri

tri

(1) De Loc. Theol. Lib. 9. cap. 7.
(2) In Charlatanaria eruditorum Declamat. 2.
(3) Pag. 9. in Adnotat.

atque difficiles conferunt, easdemque non neceſ- *ſa*-tri Hiſpani, vel Complutenſium Doctorum, quorum primus integro, nec ſatis brevi volumine: alii duobus dialecticos canones complectuntur, commendem, licet & acute, & ſapienter, minuta tamen, & omittenda pertractent. Verum, miſſis Menckenianis commentis, nullus ſane eſt, qui neget non modo non alienum a Philoſopho, ſed nimis neceſſarium ipſi eſſe & rerum diſtinctionem noſcere, & Individuationis, ut aiunt, fundamentum, ut interrogantibus de his, opportune valeat reſpondere, quæ ſane non inter poſſibilia numerantur, ſed obvia cuique ſunt, deque his ſapienter egerunt acutiſſimi Doctores: Proportiones vero noſcere, Intenſionem, & Remiſſionem Qualitatum corporum, ut cum Philoſophis loquamur, adeo neceſſarium duxit Cl. Iſaacus Newton, ut his ſuperſtruxerit Tertium ſui Syſtematis Pronunciatum, de quo diximus Diſquiſitione noſtra II. (1). Quanti autem interſit examinare, Num quantitas a re quanta, diſtinguatur: Quid Perſonalitas ſit & ſuppoſitalitas: Quœnam Futuritionis Radix? contra quæ Buddæus conclamitat, norunt Veteres, Recentioreſque Philoſophi, norunt Eccleſiæ Patres, norunt Theologi, quorum primi vel tuentur, vel refellunt Peripateticorum Syſtema argumento præſertim ex divino Euchariſtiæ Sacramento ducto: alii Patres ſcilicet, ac præſertim Generalis Concilii Epheſini I. No-

(1) Criſis Philoſophica in nonnullos canones pag. 28.

ſarias: huius rei rationem ſubdit Seneca (1) qui *mul-*

Notionem hanc perſpectam habuiſſe debebant, ut Neſtorium refellerent, eiuſque damnarent errorem: Poſtremi, Theologos dico, data Futuritionis cauſſa diverſa, diverſam quoque ineunt Futurarum rerum divinæ cognitionis viam: immerito igitur Veteres criminantur Buddæus, & Illuſtriſſimus Canus, (qui hæc in Theologo, improbat). Quare ut λογομαχίας in Dialecticis præſertim vitemus. *Sic* cum Tullio (2): *Statuo ut in cæteris artibus quum tradita ſunt cuiuſque artis difficillima, reliqua quia aut faciliora, aut ſimilia ſint tradi non neceſſe eſt*.

Iis vero non ſubſcribendum cenſeo, qui faciliora quædam vix præcepta dialecticæ attingentes, brevitatis, ut aiunt, ſtudio, ad ulteriora procedunt, & ne exangues videantur & ſicci, erudita quidem, ad rem tamen minus facientia, immiſcent, inferciuntque: *Vera* quippe *Brevitas cum perſpicuitate coniuncta*, optime Iſidorus (3), *non in argumentorum prætermiſſione, ſed in earum rerum, quæ ad inſtitutam materiam nihil opis conferunt, reiectione ſita eſt*. Quapropter verum eſſe comperi quod Cl. M. Antonius Mureti obſervaverat: Noſtram ſcilicet ætatem quoque eodem, aut etiam graviore morbo laborare: Eodem ſane, quippe inutilia & Recentiores ipſi pertractant quæſita: Vitio enim vertebatur Veteribus examinare, eademne, an

(1) Epiſt. 45. ad Lucil.
(2) Lib. 2. de Orat. §. 16.
(3) Lib. 3. epiſt. 57.

Digitized by Google

multum temporis, ait, *verborum cavillatio cri-*

an diverſa enunciatio eſſet a iudicio? Neceſſarium ætate hac noſtra autumant inquirere, Num Idea alia ſit a Perceptione: & rurſum quodnam *Perceptionem* inter, & *Adperceptionem* intercedat diſcrimen? Quando *Pura mens* dicenda ſit, quando *non Pura*? Quid plura? eadem ipſa Veterum excogitata, quæ ut inutilia reputabantur, reſpuebantur ut inepta, ut inſipida ſtomachum creabant Recentioribus, Recentioribus aliis, & quidem magni nominis, maximo in honore ſunt, neceſſario pertractanda, & ut evidentia, & quod caput eſt, ex iiſdem, quibus Veteres utebantur rationum momentis, concluduntur. Quid enim ineptius, quid ſtolidius, inſipientius quid in avita, patritaque Philoſophandi methodo habitum fuit, verbis Philoſophorum utar, Modalitates, a rebus ipſis diverſas; ac diſtinctas admittere? Audiantur nunc Recentioris, & quidem non ultimi ſubſellii in Republica Litteraria, Cl. ſcilicet Joſephi Rogerii Boskouik, & concluſio, & concluſionis momenta (1), quibus entitatulas haſce exploſas iam, putidaſque in natura agnoſcere cogitur. *In primis* (ipſiſſima ſunt eius verba) *illud mihi videtur evidens, tum eos qui ſpatium admittunt abſolutum natura ſua reali continuum, æternum, immenſum, tam eos, qui cum Leibnitianis, & Carteſianis ponunt ſpatium ipſum in ordine, quem habent inter ſe res quæ exiſtunt, præter res ipſas, quæ exiſtunt, debere admittere modum ali-*

(1) In Supplementis Stayanis.

eripit, & captioſæ diſputationes, quæ acumen ir-

aliquem non pure immaginarium, ſed realem exiſtendi, per quem ibi ſint ubi ſunt, & qui exiſtat tum, quum ibi ſunt, pereat, quum ibi eſſe deſierit, ubi erant: nam admiſſo ſpatio illo, ſi hoc quod eſt, eſſe rem aliquam in ea parte ſpatii haberetur tantummodo per rem & ſpatium, quotieſcumque exiſteret res, & ſpatium, haberetur hoc quod eſt, rem illam in ea ſpatii parte collocari. Quapropter quum utramque in partem peccetur, meo quidem iudicio, peccant levius, qui in ſuperfluis luxuriantur, quam ii, qui in neceſſariis deficiunt; quum inutilis illa ubertas amputari facile poſſit, inopia ſuppleri a ſtudioſo adoleſcente vix poſſit: & ſane culpandus longe gravius videtur, qui parcimoniæ cauſſa de ſubſtruendis ſolide fundamentis non laborat, quam qui pecuniam prodigit in exornanda pluſquam ſatis eſt domo.

At hæc ſummatim iuventuti tradenda inquiunt, ne in umbris, & palæſtris ſeneſcentes ante vita deficiat, quam in ſolem producantur. His accedit, ſubdunt, quod horum plerique non lauream cogitant facultatis, cui navant operam: cognitione ſolum tanta contenti, quanta ſatis ſit ad vitam in æqualium conſuetudine citra notam hebetudinis, aut inſcitiæ, traducendam. Quam in rem ſapienter Tullius (1): *Omnes enim artes aliter ab iis tractantur, qui ad uſum transferunt, aliter ab his, qui ipſarum artium tractatu delectati, nihil in vita ſunt aliud actu-*

(1) De Orator. Lib. 3. §. 23.

irritum exercent. Atque iterum (1:) *Idem de acturi... Iſta diſcuntur facile ſi & tantum ſumas quantum opus ſit, & habeas qui docere fideliter poſſit, & ſcias etiam ipſe diſcere: ſed ſi tota vita nihil velis aliud agere, ipſa tractatio, & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione veſtiges*. Eo vel magis, ut *niſi quod quiſque cito potuerit*, auctore Craſſo apud Tullium (2) *numquam omnino poterit perdiſcere*.

Honeſta quidem oratio, & minime improbanda, ſi de iis ſermo ſit Præceptoribus, qui feſtinationis cauſſa ſuperflua vitantes in neceſſariis non deficerent; at quum agamus in præſentia vel cum iis, vel de iis, qui ut ex umbra ad lucem, ex palæſtris ad forum Adoleſcentes cito deducere cupientes debilia nimis, manca, ac proinde nutantia in diſciplinarum ædificiis iaciunt fundamenta, iis ſubſcribere nullo pacto fas eſſe duco: præſertim quum, *non minus non ſervat modum*, ut recte Plinius ad Tacitum (3) (agens de amplo & copioſo; & de brevi, circumſcriptoque dicendi genere) *qui infra rem, quam qui ſupra: qui adſtrictius, quam qui fuſius dicit. Itaque, quod audis frequenter ut illud immodice, & redundanter, ita hoc ieiune, & infirme: alius exceſſiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe, æque uterque; ſed ille imbecillitate, hic viribus peccat, quod certe & ſi non lima-*

(1) Epiſt. 45. ad Lucil.
(2) De Orator. Lib. 3. §. 23. in fin.
(3) Lib. 1. epiſt. 20.

de iſtis captionibus dico, quo enim nomine

po-

matioris, maioris tamen ingenii indicium eſt. Eo vel magis quod *non poteſt*, ut docet Tullius (1) *in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter maturitatem* (ſi maturitas in re noſtra dici poteſt) *aſſequutum eſt*.

Utrique autem, mea quidem ſententia, incommodo occurri non ægre poterit, ſi dictandi, ſcribendique loco vulgatis iam, editiſque Præceptores utantur inſtitutionibus, qua ſane docendi methodo plura, nec exigua vitantur incommoda: Primum, quod feſtinanter dictante Prælectore pectore defatigantur adoleſcentes: alterum, quod ταχυγραφους agere coacti, ut præeuntem magiſtrum aſſequantur, peſſimum ſibi formant characterem: tertium, quod ſcribendi celeritas non in grammaticis modo σφαλματα incautos impinget, ſed & ſententiarum etiam: commodi autem illud, quod in re noſtra caput eſt, effloreſcet, ut quæ inſtitutiones binis alioqui indigerent annis, uno tantum perfici, complerique poſſint, ſi tempus, quod dictando, ſcribendoque inſumeretur, inſtitutionum explicatione exigatur. *Ducentis autem & quinquaginta propemodum*, ait doctiſſimus Antonius Poſſevinus (2), *ab hinc annis*, (anno ſcillicet 1355.) *in Academia Pariſienſi lex de ratione explicandæ Philoſophiæ lata eſt, qua præciſe cavebatur, ne doctores, quos vocabant Nominatores ad pennam ſubducendis ſingu-*

lis

(1) De Orat. Lib. 2. §. 21.

(2) De Cultura Ingeniorum cap. 26.

potius ſophiſmata appellem, nec ignoranti nocent,

lis propoſitorum verbis nominando, & dictando auditorum manum potius exercerent, quam continenti explicatione mentem erudirent. Centum poſt annis Guilielmus Cardinalis Totavillæus Sedis Apoſtolicæ Legatus, quum eiuſdem Academiæ ſtatum, partim abrogatis, partim firmatis legibus, conſtituiſſet, vocis continuationem, & ſententiarum diſquiſitionem retinuit: curioſam illam, & moleſtam de verbo ad verbum prælectionem vehementius coercuit: Philoſophicos libros de puncto (ut ipſe ſcribi voluit) in punctum, ac de capite in caput ore, & voce doceri, ac pronunciari iuſſit. Noſtri certe, quorum magna pars hoc in negotio maxime verſatur, uſu, & damno edocti, quod e nimia illa deſcriptione prodiit, diu eſt quum tanti incommodi, & laboris tollendi (ne dicam moderandi) neceſſitatem intellexerunt. Ac propterea, quos in Luſitaniæ Academiis habemus Patres, hi iam naturalis Philoſophiæ partem e prælis emiſere, qua tum ſcriptio illa ſubtrahatur, tum relinquatur occaſio unde acuantur ingenia, ac multa in arenam diſputationum conferri queant. Sed & de tota hac re planius in Philoſophicis noſtris. Quod ſane non ſine maxima adoleſcentium utilitate æque, ac litterariæ Reipublicæ plauſu in Germania etiam factum novimus iubente Invictiſſima, nec umquam ex mortalium memoria obliteranda Maria Thereſia Hungariæ Regina, cuius iuſſu interdictum cuique erat, in ſeverioribus præſertim diſciplinis, Doctoris obire munus, niſi prius earum,

quæ

cent, nec ſcientem iuvant: quod in Chryſippo
quæ auditoribus tradendæ erant facultatum, maturo conſilio, meditatum, perfectumque typis antea ſuum non vulgaſſet opus: quod & in Bavaria, aliiſque Germaniæ locis factum comperimus: atque hinc tot, tantæque ex Germania Philoſophicæ Inſtitutiones, nec non Theologicæ: elementa Canonicæ, Matheſeos, aliarumque diſciplinarum prodiere non vulgaria. Quod ſi hæc non niſi in Academiis, quarum typis, & ſumptibus inſtitutiones huiuſmodi vulgantur, fieri poſſe dicet quis; difficile tamen nobis non erit, Auctorem ex tot tantiſque ſeligere, qui Syſtema illud exponit, quod ſibi explicandum, tenendumque propoſuit Præceptor: quod ſi vel in peculiari opinione, vel in ratione aliqua ab illo diſſentiat, pauca hæc vel in gymnaſiis dictet, vel auditoribus domi tranſcribenda tradat. ita fiet ut adoleſcentes ſibi commiſſos diſciplinis altius imbuat, & litterario rude donet in tempore.

Neque oppoſitum nobis ſuadet Mabillonius (1) ex quo putet difficillimum eſſe Præceptori, ut facile alienis cogitationibus ſeſe accommodet, vel ſaltem omnibus ſubſcribat rationibus, quæ in propoſito ad explicandum volumine continentur: aptius vero ad auditorum captum de ſcripto prodet ea, quæ ipſe eſt meditatus: ex quo præterea Docti, ſapientiſque viri idea de ipſo in auditorum mente facilius conſurget: quæ ſane ad avidius combi-

(1) De Stud. Monaſt. Par. 2. cap. 10.

po græco philoſopho reprobat (1) *Tu modo*, ait,

bibenda, quæ traduntur, valde conducit. Addit item facilius, altiuſque in adoleſcentium mente facultates defigi ſcriptione, quam auditu: quippe dum dictante Præceptore ſcribunt, a ſcribendo mentem avertere vix poſſunt: contra vero vagatur ſæpe mens, dum loquentem Præceptorem audiunt: Rem tandem ex omnium ætatum uſu confirmare contendit.

Verum pace Cl. Viri tanti hæc non ſunt ut noſtra nos a ſententia dimoveant: Primum quippe ſatis abunde ex paullo ante dictis reiecimus. Alterum vero, quod ſubdit, nobis potius favet, quum facilius ſit inventis addere: alias itaque ingenioſus Præceptor addiiciet rationes, quum auditoribus ſuis ſententias exponit, atque ſcientiæ, & eruditionis maius ſibi nomen apud diſcipulos conciliabit, ſi eorum captui ſe ſe accommodans Auctoris ſimul, cuius opus habet in manibus, & ſua cogitata clare, & perſpicue porriget. Quod autem ſcribendo in ſcholis altius in adoleſcentium mente doctrina imprimatur, ita ſit, modo quæ ſcribunt plane intelligant: Atqui iam Præceptoris explanatione non indigerent; immo nec Præceptore ipſo: etenim quemadmodum ſcribentes dictata perciperent, apti ſic etiam eſſent ab aliis edita per ſe ſe intelligendo: Verum ſi ea, quæ ſcribunt non ſatis intelligunt, quid quæſo ſcribentes in animis defigent? Scriptionem quidem intelligenti iam, & rem per-

(1) Lib. I. de Benefic. cap. IV.

ait, *nos tuere, ſi quis mihi obiiciet, quod*

B *Chry-*

percipienti prodeſſe non parum, nullus eſt qui dubitet; at ſi canora voce dictantis tantum verba excipiet, vix magis ipſe proficiet, quam *Aſinus ad lyram*, ut vetus eſt proverbium. Quod autem postremo ſubditur, uſum nempe ſcriptionis ſæculorum omnium more eſſe veluti conſecratum, nec ego probaverim ex omni parte, nec ii, qui norunt ab Auditoribus Socratis diſputationes eius ſcriptas fuiſſe, nec omnino ab ipſo probatas, ut in Laertio legimus: Ariſtotelem porro deambulando docuiſſe, ex voce ipſa, qua Peripatetici denominabantur, liquet: In primis quoque Eccleſiaſticis ſcholis, quæ Catecheſes dicebantur, voce erudiebantur Fideles: Præterea Caroli Magni ætate eadem, quæ Auguſtino tribuebatur Logica in Pariſienſibus, aliiſque Galliarum Academiis explicabatur: Initio tandem XI. ſæculi manibus terebatur Logica Ariſtotelis, & Metaphyſica non dictata, ſed explicata.

Illud porro adiiciam, quod fixum iamdiu in mente habui, quodque dein nominatorum Virorum calculo firmatum comperi, atque illuſtrium doctorum exemplo comprobatum. Quod tamen Placet ipſiſſimis Cl. Aldi Manutii verbis exponere. Is itaque Didacum Hurtadum de Mendoza alloquens (1), hæc habet: *Sugeſſiſti tu ne de Philoſophia quidem, tantopere antiquitatem admiraremur, tibi videri eſſe dubitandum, quin ea poſſet etiamnum expoliri,*

at-

(1) Epiſt. præfix. Operib. Philoſoph. Tullii ab ipſo Edit.

Chryſippum in ordinem coegerim; magnum, me

atque ornari, ſi modo, quam quiſque linguam a parentibus, atque a nutricibus traditam cum lacte ſimul hauſiſſet in ea velle ſcribere: nunc uſu evenire, ut externo ſermone addiſcendo totam ætatem conſumemus: Quod ſi nos a pueritia diſciplinarum cognitioni totos dederemus, non eſſe deſperandum, quin & Platones, & Ariſtoteles aliquando poſſent exiſtere: non enim & Cœlum hoc, unde & ſpiritum ducimus, idem eſt, quod idem fuit; & hominum ingenia non eadem eſſe poſſunt? Prava conſuetudo naturam pervertit, quæ tamquam ager, ſi colitur fructus edit uberrimos, ſi negligitur exareſcit. Annos triginta ponimus in verbis percipiendis: quantulum ſpatii reſtat, ut res ipſas conſideremus? Licet ad antiquitatem animum referre, num aut Græci illi Philoſophi quorum nomen celeberrimum eſt, quæ ab Ægyptiis acceperant ægyptio potius, quam patrio ſermone ſcripta reliquerunt, aut noſtri aliena lingua non domeſtica ſunt uſi: quum ea, quæ vel de Græcis ſumpſerant, vel ipſi pepererant in uſum poſteritatis explicarent? Conſtat apud omnes gentes, qui ſuas cogitationes litteris mandare voluerunt, eos fere iis eſſe verbis uſos, quorum ſignificationem matris in gremio cognoviſſent: quod idem noſtra ætate ſi fieret, facile contingeret, quod tu opinaris, Hurtade Cl., ut in Philoſophia Veterum inventis nonnihil, vel etiam non parum, addi poſſet: neque enim eos qui fuerunt uſque eo cogitatione, ingenioque proceſſiſſe exiſtimandum eſt, ut iis, qui futuri ſunt, quod

me hercule virum, ſed tamen Græcum, cu-

B 2 *ius*

quod præterea cognoſcerent, nihil reliquerint. Multa latent adhuc retruſa atque abdita in immenſitate naturæ, quæ eliciet, & evocabit in lucem, ſi quis inveſtigandis rationibus, & perſcrutandis rerum cauſſis ab ineunte ætate ſtudium dederit, quod ab iis fieri commode non poteſt, quibus non ea lingua, in qua alti, & educati ſunt, ſed ea qua veteres utebantur, ſcribere conſilium eſt. Sentit idem eruditiſſimus Alexander Paſcoli (1), qui pluribus idipſum firmat, additque non Ægyptios modo, ſed & Arabes quoque, Græcoſque philoſophica hæc cogitata patrio ſcriptitaſſe ſermone. Quod quum ante Tullium nullus, vel vix aliquis de philoſophicis latine ſcripſerit, ipſe in hoc tantum ſibi plaudit, gratulaturque, ut ſummam adieciſſe Reipublicæ gloriam affirmare non dubitaverit: *Primum*, inquit (2) *ipſius Reipublicæ cauſſa Philoſophiam noſtris hominibus explicandam putavi, magni exiſtimans intereſſe ad decus, & laudem civitatis res tam graves, tamque præclaras latinis etiam litteris contineri; eoque me minus inſtituti mei pœnitet, quod facile ſentio quam multorum non modo diſcendi, ſed etiam ſcribendi ſtudia commoverim: complures enim græcis inſtitutionibus eruditi, ea, quæ didicerant cum civibus ſuis communicare non poterant, quod illa, quæ a Græcis accepiſſent, latine dici poſſe diffiderent, quo in* ge-

(1) Opere inſcripto: *Della natura de noſtri penſieri, e della maniera con cui ſi eſprimono.*

(2) De Natur. Deor.

ius acumen minus tenue retenditur , *&* *in ſe*
ſæpe

genere tantum profeciſſe videmur, *ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceremur*. Hanc ſibi cæteris, quibus præſtant laudibus adiecere ingenioſiſſimi Galli, regnante præſertim ſapientiſſimo Ludovico XIV., qui patrio ſermone pene omnia cuiuſcumque argumenti ſcriptitata voluit. Quamplures etiam effeciſſe Italos, ut Galilœum Galilæi, qui Phyſico-mathematica, Emmanuelem Theſauri, qui Philoſophicas Inſtitutiones, Stephanum Pace, qui Phyſices elementa, Cl. D. Hieronymum Mazzucchelli, qui egregium Idroſtaticæ opus, hoc quo ſcribimus anno, edidit: Illuſtriſſimum item Alphonſum Ligorii, & Reverendiſſimum Proſperum dell' Aquila, quorum primus de Morali, alter de Scholaſtica Theologia egregie ſcripſere: Eminentiſſimum de Luca, qui de Civili Iure egit, ac nuperrime eruditiſſimum Caietanum Filangieri & ſanguine, & doctrina Cl. qui eloquenti ſermone *de Legislationis Scientia* egregios exaravit libros, non ignoramus.

Quin & erudita Gallorum Philoſophica elementa Nolleti, Regnaultii, Molinerii, Caſtelli, aliorumque italice translata vidimus: optandum maxime ut in ſcholis quoque hæc italice tradantur, quo citius ſcilicet ad ſublimiora procedere poſſent adoleſcentes; & quo tempore ſeverioribus diſciplinis italice inſtituuntur, latinis addiſcendis litteris vacare poſſent: Neque vero quæ italice conſcribuntur intra Italiam ne ſepeliantur timendum eſt: quip-

ſæpe replicatur, etiam quum agere videtur,

B 3 *pun-*

quippe ut Latina lingua, & Gallica, ſic Italica in univerſis fere Europæ Academiis, immo & Aulis plæriſque ſummo ſtudio colitur.

Præclare ætate hac noſtra de Philoſophicis argumentis ſcripſere Caietanus Amato, qui *Elementa Metaphyſicæ ad uſum ſcholarum* geometrica, claraque methodo, ſummoque excepta plauſu, edidit nuperrime. Didacticam item, ſeu ſapientiſſimarum præceptionum Breviarium ad ſcientias univerſas, ſtudiumque Philoſophiæ præſertim rite obeundum vulgavit Cl. Ioſeph Vaſco Ordinis Minorum Regularium iam Generalis Præpoſitus, & Litteratis viris perſpectus ſatis. Opus a copioſiſſima nec vulgari eruditione, a præſtantiſſimo ordine, a perſpicua brevitate maximæ commendationis dignum: quodque non ſine liquida animi noſtri voluptate percurrentes non ſemel Auctoris ingenium æque, ac Iuventutis inſtituendæ ſtudium ſumus admirati. Summam Philoſophicam, prælo commiſit acutiſſimus P. Salvator Roſelli, qui licet eam pro ſuis S. Dominici familiæ alumnis ad mentem S. Thomæ Aquinatis, ut in generalibus ſui Ordinis Comitiis ſtatutum eſt, ſe ſcripſiſſe dicat; nihil tamen eſt, quod huc uſque Recentiores Philoſophi produxerint, quin ipſe fideliter exponat, accurate perpendat, acute libret, ac vel ſolidis rationibus approbet, firmetque, vel dilutis Auctorum argumentis, validioribus ipſe adiectis momentis, refellat. Eruditam iuxta, & perſpicuam gravibuſque nixam ſun-

pungit non perforat. Hoc vero quod acumen eſt?

Canon V. Philoſophorum celebriorum nominibus, ſectarum principiis, & cuiuſque Syſtemate imbuendus Adoleſcens (*a*), ut qua, & quo

fundamentis Dialecticam dono dedit litterariæ Reipublicæ Ianuarius Sanchez de Luna vir a generis claritate, ab agendi dexteritate, a linguarum peritia, ab editis libris Clariſſimus. Non omittendus hic Andreas Spagni, qui facili, planoque ſtylo Tractationes de Ideis, de Cauſſis, de Mundo, de Miraculis, deque aliis argumentis, quibus totam complectitur Metaphyſicam edidit: Is nullam in ſuis hiſce diſputationibus rem defendit, quam plene, arguteque non probet: nullam oppugnat, quam penitus non evertat. Univerſam tandem complexus eſt Philoſophiam ſive quæ ad Dialecticam, ſive quæ ad Metaphyſicam ſpectant, ſive quæ ad Phyſicam iuxta Recentiorum Philoſophorum mentem Doctiſſimus, quem honoris cauſſa nomino, Ioſeph Tamagna, a cuius laude abſtineo, quum opus ipſum maximopere Auctorem ſuum commendet. Optime quoque de Philoſophicis diſciplinis meriti ſunt Cl. Viri Hauſer, uterque Mangold, Scherffer, ac præ cæteris Hell & Iansliski Germani omnes, qui univerſæ Philoſophiæ Tractatus ætate hac noſtra edidere præſtantiſſimos.

(*a*) Omnium fere antiquorum Philoſophorum ſectas Diogenes Laertius (1): Antiquorum, & Recentio-

(1) Philoſoph. Placit.

& quo duce incedendum ſibi ſit, illico noſcat, ne ut cœcus a Præceptore manu trahatur: *Studia nihil proſunt perveniendi aliquo*, ait Tullius (1) *niſi illud*, *quod eo*, *quo intendas ferat*, *deducatque*, *cognoris*.

Canon VI. Non unius ut ut inſignis Philoſophi danda eſt opera Syſtemati, ac Principiis (*a*), ſed aliorum quoque animo libero,

 & a

tiorum Ioannes Franciſcus Buddæus (2) Chriſtophorus Wolffius (3) Georgius Paſchius (4) Valentinus Velthemius (5) Ludovicus Vives (6) Ioannes Ionſius (7), cuius operibus acceſſerunt Adnotationes Ioannis Clerici, qui & oracula Zoroaſtris notis illuſtrata addidit, & univerſam Orientalis Philoſophiæ hiſtoriam: Item Hornius, Brukerus, Capaſſius (8), aliique.

(*a*) Si quis uni peruolutando Auctori operam navet, uni nolens, vel imprudens facile ſe ſe adiiciet. Qui enim, cæteris miſſis, unius Iſaaci Newtoni, Renati

(1) De Orat. Lib. I. §. *61*.
(2) Hiſt. Philoſ.
(3) Compend. Hiſt. Philoſ. Antiq.
(4) De variis modis tractand. Mor., & de Invent. Novis.
(5) Orat. de Scholaſtic. laudibus.
(6) De Initiis Sect., & Laudibus Philoſophorum Tom. 3. ſuorum operum.
(7) De Script. Hiſt. Philoſ.
(8) Philoſ. Hiſt.

& a præiudiciis vacuo ad libram revocandæ ſunt opiniones, ut illam quiſque ſibi deligat, quæ aut verior, & a vero minus abhorrens vi-

nati Carteſii, Guilielmi Leibnitii opera meditantes a rerum novitate, ab expoſitis rationum momentis, ab obiectis explicate dilutis non abripietur? At ubi contra alterum ab altero diſſentientem, alterum acutis, ſubtilibuſque argumentis in alterum inſurgentem norint, ſuſpenſo percurrent animo ipſorum opiniones, & latitantem adhuc inquirent veritatem. Quin & plura ipſis occurrent, quæ non utilia, ſed Philoſopho omnino neceſſaria erunt: Eruditus imprimis conſurget animus ex pluribus Philoſophorum placitis: acutis item, ſolidiſque unius in alium argumentis excitata mens, acutior evadet, & tela acuere & ipſe ex ſua officina in Adverſarios immittere, & immiſſa declinare, immo & retorquere conſueſcet. Ex quibus non raro etiam accidit, ut quæ ex diverſa Auctorum lectione congeſſimus alia alio commutando, alterum altero temperando, alia addendo, emendando alia, adhibita ingenii proprii cura, & induſtria novum extet ædificium, quemadmodum de Renato Carteſio eruditi Viri Vincentius Barònius (1), Thomas Pope Blount (2), aliique affirmant, qui, ipſomet fatente Car-

(1) Theol. Mor. de Opin. Prob. ubi Carteſii Philoſophiam interpretationem eſſe ait Democriti, & Leucippi doctrinæ.

(2) In Cenſ. Celebr. Auct. Ver. *Renatus Carteſius*.

videatur (*a*). Quod ſapienter docuit Tullius

Carteſio (1), Veterum adſcivit opiniones, ex quibus acuta ingenii ſui acie, atque laborioſà meditatione peculiare ſuum ſtatuit Syſtema: quod & Cl. Ioſepho Rogerio Boskouik fœliciter accidiſſe novimus qui & Zenoniſticis & Leibnitianis, & Newtonianis præiactis fundamentis ſuum inuexit, plaudente philoſophorum Republica, Syſtema, novamque methodum omnia explicandi phoenomena. Hac quoque multiplici Auctorum lectione ductus nova quædam excellentis ſui ingenii inventa protulit eruditiſſimus Hieronymus Mazzucchelli in alma Urbe Philoſophiæ, & Matheſeos Profeſſor eximius in ea præſertim parte, quæ de Idroſtatica agit, in qua ſummam ingenii perſpicuitatem, acutiſſimis excogitatis, ac plane ſuis, mire coniungit. Non ab aliis antea prolatam methodum explicandi univerſæ Phyſicæ phœnomena per Fluidum electricum italis verſibus, adiectiſque eruditiſſimis adnotationibus, expoſuit etiam, ediditque ingenioſiſſimus Xaverius de Marco, qui tam ſuavi poetico afflatu, ac dicendi nitore, tanta philoſophica eruditione, acutoque ingenio ea profert: ut ejus opuſculum percurrens, ambigas non immerito, an ſuaviſſimæ elegantiæ Poetam ſuſpicere debeas magis, an altioris indaginis Philoſophum.

(*a*) Appoſite *a vero minus abhorrens* diximus: In Philoſophicis enim quæſitis, (quæ ſcilicet ex principiis pure philoſophicis) nihil indubium eſt, nihil

(1) Epiſt. p. 3. cap. 14.

lius (1). *Neoptolemus quidem*, inquit ipſe, *apud Ennium philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe, ſed paucis, nam omnino haud placere: Ego autem, Brute, neceſſe mihi quidem eſſe arbitror philoſophari . . . ſed non paucis ut ille: difficile enim eſt in Philoſophia pauca eſſe ei nota, cui non ſint aut pleraque, aut omnia: nam nec pauca niſi ex multis eligi poſſunt, nec qui pauca percipit, non idem reliqua eodem ſtudio perſequetur.*

Canon VII. In ſententis probandis, firmandiſque opinionibus non una ſit contentus Prælector ratione a Matheſi, ſublimiori (*a*) præ-

nihil certum, demonſtratum nihil, ſed omne quidquid eſt probabilitatis fines non excedit: quapropter caute monendi, qui philoſophicum ingrediuntur ſtadium, ne ut indubias iactitent, ac certas, quas ipſi tuentur opiniones, inſigni quocumque præeunte Doctore: quippe, dum ingenioſi hæc conclamitantes videri volunt, tardo potius, rudique ingenio a natura donati dicentur, ut pote qui rationum momenta, quibus oppoſita nititur opinio quanti ſint, percipere non valeant. Plura hac de re diximus alibi (2) Diſquiſitionibus ſcilicet noſtris editis anno 1781.

(*a*) Etſi in magna auditorum frequentia nonnulli ex-

(1) Lib. 2. Tuſcul. Quæſt.
(2) Diſquiſit. noſtra 11. §. ultimo pag. 87.

præſertim petita; ſed præcipuum ſi fieri poteſt locum habeant phyſica rationum momenta, ne Auditorum plerique, non intellecta demonſtrationum vi, improbatas excipiant theſes. Quod ſi quos nihil proficere, nihilque ſapere noverit, ut ut conetur, eos apud ſe operam perdere minime patiatur, præſertim ſi pacta mercede doceat: utque alium

adeant

excellenti, acutoque polleant ingenio, qui demonſtrationes excipiant, teneantque; plurimi tamen vel mediocri, vel etiam tarda intelligentia ſunt a natura donati, qui vel nonniſi poſt moroſum, durumque laborem eas aſſequentes difficultatem pertæſi a ſtudio deterrentur, vel quos omnino *fœnum eſſe*, ut aiunt, oportet.

Quod ſi penitiora ex matheſi proponantur nec acutum ipſum, & ſublime par erit ingenium, niſi illa in anteceſſum probe calluerit: quæ ſane ſi non perfectum, non mediocrem certe in facultate hac virum requirunt. At ſi quis in hiſce verſatus ſatis erit, & doctus, in Philoſophicis, quæ retruſa minus ſunt, minuſque abdita, præeunte, ut illa aſſequatur, non indigebit Præceptore. In multitudine iterum auditorum non omnes Architectonicam, Idroſtaticam, Nauticam, Aſtronomiam profitebuntur deinceps: inutilia proinde cæteris hæc erunt: Quid cum Leguleio Algebraicæ tertii gradus, ut inquiunt, æquationes? Cum Medico quid ſphœrica Trigonometria, Conicæue Sectiones? Cum

mi-

adeant Magiſtrum; immo aliud artis genus arripiant, leniter admonebit.

Canon VIII. Quum nulla ſit Philoſophorum ſecta, ut optime poſt Tullium (1), & Lactantium (2) Hugo Grotius (3), quæ omne verum viderit, & nulla quæ non aliquid ex vero, ut ad veritatem propius accedamus, optime fiet, ſi probabiliora quiſque ex qualibet ſeligat, atque ea, quæ vero magis

Milite quid Infiniteſimalium Calculus? Neque hæc ita dico, ut matheſim, demonſtrationeſque ab ea petitas a phyſica amandatas velim (non enim ignoro quantum ipſæ acuendis, limandiſque ingeniis conferant, quam diſtincte, explicate, ſolideque res proponant, firmentque); ſed ut ſobrietatem ſervantes omnibus præſto ſint Præceptores: iis quidem qui ad diſciplinas haſce nati videntur, viam aperiendo, fonteſque indigitando, ex quibus quantumcumque velint, haurient: iis deinde qui ſublime ſortiti non ſunt ingenium, quum non tam obſtruſa proponant meditanda, ſic animis non concident, inceptumque libenti alacrique animo ſtudium proſequentur: poſtremis tandem craſſioris minervæ, phyſicis rationibus, veluti manſam in os inſerentes adiumento ſint, atque utilitati.

(1) De Divin. Lib. 2.

(2) Inſtit. Lib. 7. cap. 7.

(3) In Proleg. in Libros de Iure Belli, & Pacis n. 61.

giſ ſimilia ipſi videntur, tueatur (*a*): Quod quum

(*a*) Illud hic monendum cenſeo, Canonem hunc ad tutius inquirendam, inveniendamque facilius veritatem appoſitum eſſe, non in Ariſtotelis odium: contra quem, ut nomen apud iuvenes præſertim ſibi faciant qua voce, qua ſcriptis ſtrepunt non pauci, quum ipſum ſummo ingenio præditum, ſcientiæ copia, & diligentia omnibus præſtantem prædicarit Tullius (1), quemque Philoſophorum principem Platone excepto, nominarit (2). *Quid Ariſtotelem?* ait Quintilianus (3) *quem dubito ſcientia verborum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem*, & ne longior ſim quam par eſt, libenter hæc miſſa facio, quæ apud Plinium, Ælianum, alioſque fuſe legi poſſunt. Peripatetici apud litterariam rempublicam, a recentioribus & candidis Philoſophis ſugillantur, quod non tam Ariſtoteli, quam Alfabario, Algazelo, Avicennæ, Abrenoè eius interpretibus adhærentes, ne latum, ut aiunt, unguem diſcedere fas eſſe putent, quum præſertim hi abſtruſiora, amænioribus, & clarioribus relictis, ut ſunt eius Problemata, & Animalium hiſtoria, (ex quibus non pauca dein ſibi vindicarunt Recentiores) in medium protulerint, & qui in *Ariſtotele enarrando*, ut Vives de Abneroè (4), *nihil minus explicant*,

(1) Lib. 1. Tuſcul. Quœſt.
(2) Lib. 5. de Finib.
(3) Inſtit. Lib. 10. cap. 5.
(4) De Cauſſ. Corrupt. Art. lib. 5. pag. 296.

quum actum ſit, animum ſerio adiiciat Auctor, ut

cant, quam eum ipſum, quem ſuſceperant declarandum: atque hinc una in his ſatiatur rixandi libido. *Inter philoſophos merito principem obtinet locum Ariſtoteles*, ait nobiſcum ſentiens Doctiſſimus Hugo Grotius (1), *ſive tractandi ordinem, ſive diſtinguendi acumen, ſive rationum pondera conſideres. Vtinam tantum principatus ille ab aliquot hinc ſæculis non in tyrannidem abiiſſet, ita ut veritas, cui Ariſtoteles fidelem navavit operam, nulla iam re magis opprimatur, quam Ariſtotelis nomine. Ego, & hic, & alibi veterum Chriſtianorum ſequor libertatem, qui in nullius philoſophorum ſectam iuraverant: non quod eis aſſentirentur, qui nihil percipi poſſe dicebant, (quo nihil eſt ſtultius); ſed quod nullam eſſe ſectam putarent, quæ omne verum vidiſſet; & nullam, quæ non aliquid ex vero. Itaque veritatem ſparſam per ſingulos, per ſectaſque diffuſam in corpus colligere, id vero exiſtimabant nihil eſſe aliud, quam vere chriſtianam tradere diſciplinam.* Id ſane præſtitit Ammonius cognomento Saccas, Titus Favius Clemens Alexandrinus, Lucius Cœlius Lactantius Firmianus viri eruditione, & doctrina præſtantiſſimi, de quorum primo Hieronymus (2): *Feruntur eius inſignia volumina, plenaque eruditionis, & eloquentiæ tam de Scripturis divinis, quam de ſæcularis litteraturæ inſtrumento*: Caſaubonus *eum inexhau-* *ſtæ*

(1) In prolog. ad tres lib. de Iur. Bel., & Pac. num. 42.

(2) De Script. Eccleſ.

ut ſibi conſtet, ne pugnantia loquatur, & ne
pro

ſtæ doctrinæ virum nominat (1): Blondellus (2) *Virum fuiſſe*, ait, *ſanctitate, & omnimoda eruditione præſtantem*. Cui Alexandriæ in ſchola ſucceſſit Origenes Adamantius, *Vir*, ait Sixtus Seneſis (3), *tantæ eruditionis, & ingenii, ut ei parem doctiſſima Græcia fæliciſſimorum ingeniorum parens numquam habuerit*. Alterum vero ſcilicet Lactantium ſummis commendant laudibus Picus Mirandulanus (4) Du-Pin (5) Thomas Pope Blount (6) Cave (7) aliique: hic apertis ſane verbis; *Quod ſi extitiſſet*, inquit, (8), *qui veritatem ſparſam per ſingulos, per ſectaſque diffuſam colligeret in unum, ac redigeret in corpus, is profecto non diſſentiret a nobis*.

Hanc ut faciliorem magis que expeditam inquirendæ veritatis methodum ipſi veterum philoſophorum Principes, ac venerandæ antiquitatis eximii Doctrina Viri ſunt amplexati: *Non æque*, inquiebat Plato, *Socratis attendenda ſunt dicta, quam veritati ſtudendum*: item (9) *Omnino non tam quis dixerit, ſed*

(1) Exercit. l. ad Baron. appar. par. 2.

(2) In Apolog. pro ſententia Hieron. de Epiſc. & Presb.

(3) Biblioth. Sanct.

(4) Lib. 3. epiſt. 19.

(5) Nova Biblioth. Auct. Eccleſ. Tom. 1.

(6) In Cenſura celebr. Auct.

(7) In Vita.

(8) Inſtit. Divin. lib. 7. cap. 7.

(9) Dial. *Gorgia* inſcripto

pro ædificio labantem, ac fatiſcentem ex col-

ſed quam recte dicatur conſiderandum eſt: Ariſtoteles idem (1). *Quum enim*, ait, *& viri illi*, *a quibus opiniones præconceptas accepimus*, *& veritas in pretio nobis ſit*; *religio tamen poſtulat*, *veritatem ut præferamus*. Quin & Peripatetici ipſi, quibus unius inquirendæ veritatis animus eſt, id docent aperte: *Reliquas*, verba ſunt doctiſſimi Antonii Poſſevini (2) Peripateticorum ſcholæ addicti, eiuſque principiis apprime eruditi, *quæ nitantur falſæ Philoſophiæ*, *& aliquibus etiam Ariſtotelicæ philoſophiæ principiis ablegare*, *atque adeo confutare debebimus*, *ne tamquam crimen aliquod committere videamur*, *ſi dum veræ philoſophiæ ſemitam terimus nimiam*, *nominis Ariſtotelis rationem habere velimus*.

At quum ex Cl. Boskovik (3) de Recentioribus loquente noverimus, *Ætatem quamlibet ſua quædam habere præiudicia in philoſophicis etiam*, *quibus & pura quadam conſuetudine aſſenſus præberi ſoleat ſine ulla ratione ſatis valida*, *quæ idipſum evincat*, *ſed ſola quadam rationis ſpecie*, *& cæterorum in philoſophia tunc temporis excellentium auctoritate*: idcirco monendos quoque recentiores noſtri ævi philoſophos putamus, ne in illud incidant ipſi, quod vitio Peripateticis vertunt; ne ſcilicet, ita doctrinæ (verbis utar Michaelis Angeli Fardella (4)) quibus in Pe-

(1) Ethic. Lib. 1. cap. 4.

(2) Apparit. ad Philoſoph. Tract. 3. cap. 3.

(3) In Supplem. Stayanis.

(4) In Syſtem. univerſ. Philoſ. Tom. 1. impedim. 1.

collectis undique ſententiis ſuperſtruat molem.

Canon IX. Iis Auctoribus inhærendum, qui & firmiora, & clariora proferunt rationum momenta, licet maximus ſit in oppoſitum Philoſophorum numerus. Id præcipue locum habet, quum novum inducitur Syſtema, vel nova in philoſophicis opinio: ſolent enim eiuſdem ætatis Philoſophi vel anticipatione, vel præcipitantia, vel nimia veteris Doctrinæ tenacitate ducti, dato veluti ſigno, ad oppugnandum concurrere: ut accidiſſe no-

Peripateticos invehitur), Emmanuelis Maignani, Petri Gaſſedi, Renati Carteſii, Guilielmi Leibnitii, Iſaaci Newtoni, aliorumque recentiorum tenaciter adhæreant, & religioſe ſe obſtringant, ut tamquam ſi veritatis norma eſſet, temeritatis, & erroris redarguant eos, qui propria ratione utentes ad examinis trutinam illam revocare, & refellere ſtudent: quod ſane Tullio non modo non grave fuit, ſed nihil optabilius hoc accidere ſibi poſſe pluries ſcripſit: *Tantum abeſt*, ait, *ut ſcribi* (1) *contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus*: & paullo poſt *Noſque ipſos redargui, refellique patiamur, quod ii ferunt iniquo animo, qui certis quibuſdam, deſtinatiſque ſententiis quaſi addicti, & conſecrati ſunt, eaque neceſſitate conſtricti, ut etiam quæ non probare ſoleant, ea cogantur conſtantiæ cauſſa defendere*: quod & alibi (2) firmavit.

(1) Tuſcul. Quæſt. Lib. 2.

(2) Lib. 4. Tuſc. Quæſt.

vimus Renato Carteſio (*a*), Emmanueli Magnano (*b*), & maiori ſane cum diſpendio Petro Ramo (*c*). Eo vel magis quod ſola maio-

(*a*) Oppugnatores, teſte Buddæo (1), habuit *Giſbertum Voetium*, *Martinum Scoockium*, *Iacobum Revium*, *Cyriacum Lentulum*, *Ioannem Schulerum*, *Petrum Gaſſendum*, *Petrum Poiret*, *Danielem Huetium*, *qui acrem in eum ſtrinxit cenſuram*.

(*b*) Magnani Adverſarii fuere PP. Lolouvere, & Courboulez Soc. Ieſu, nec non Theophilus Raynaudi eiuſdem Soc., Vincentius Baron, & Nicolaus Arnù ex S. Dominici Familia. Ita Ioannes Baptiſta Capaſſo (2).

(*c*) *Acerrimos calumniatores*, ait de Ramo Boiſſardus (3), *expertus eſt Petrum Galandium*, *Antonium Goveanum*, *Ioachimum Perionium*, & *Iacobum Carpentarium*; *ſed ante omnes infenſiſſimos ſenſit Sorbonæ Doctores*, *qui communi omnium ſententia in Ramum inſurgentes illum hæreſeos in Philoſophia accuſarunt*, *quod in Ariſtotelem Philoſophorum Principem auſus fuiſſet ſcribere*.

Petrus Ramus Natione Gallus, ſcribit Voſſius (4), *patria Veromanduus natus eſt anno Domini* 15 5. *interemptus hic vir fuit in laniena Pariſienſi anno Domini* 1572, *inque ſequanam coniectus a Diſcipulis Carpentarii barbaro more in gratiam*, *ut creditur*

(1) In Hiſt. Philoſoph. ſuccincta pag. 87.
(2) In Hiſt. Philoſophiæ Synopſi pag. 460.
(3) In Icon.
(4) De Mathem. pag. 67.

Digitized by Google

iorum auctoritas non eſt firmum veritatis argumentum, cuius rei exempla adduximus (1) in Diſquiſitionibus noſtris: quod etiam pluribus in locis notarunt Doctores: S. Auguſtinus ſiquidem ad S. Hieronymum ſcribens (2) *Solum*, ait, *Scripturarum libris*, *qui* canonici *appellantur didici hunc timorem*, *honoremque deferre*, *ut nullum eorum auctorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam*; *alios autem ita lego*, *ut quantalibet Sanctitate*, *doctrinave præpolleant*, *non ideo verum putem*, *quod ipſi ita ſenſerunt*, *ſed quia mihi per Auctores canonicos*, *vel probabili ratione*, *quod a vero non aberrant perſuadere potuerim*: atque pluribus aliis in locis idipſum firmat (3). Docet idem S. Hieronymus (4) *Aliter*, inquit, *habendi ſunt Apoſtoli*, *aliter reliqui Tractatores*... *Illos ſemper verum dicere*: *iſtos in*

tur, *Præceptoris*; *imo*, *ut aiunt*, *eius hortatu*, *viri in Platonica quidem*, *&* *Ariſtotelica Philoſophia egregii*, *ſed qui perpetuam Ariſtotelis inſectationem in Petro Ramo ferre minime potuiſſet*: *unde illud pluſquam Vatinianum adverſus eum odium exarſit*.

(1) Diſquiſ. 2.

(2) Epiſt. 88.

(3) In prœm. lib. 3. de Trin. In Lib. de Baptiſm. contr. Donat. cap. 3. Epiſt. ad Vincent. 48.

(4) Epiſt. ad Cteſiphontem.

in quibuſdam, ut homines errare contingit.
Fuſius idipſum Lactantius (1) *Dedit omnibus Deus pro virili portione ſapientiam, & ut inaudita inveſtigare poſſent, & audita perpendere: nec quia vos illi temporibus anteceſſerunt, ſapientia quoque anteceſſerunt, quæ ſi omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non poteſt: quare quum ſapere, id eſt Veritatem quærere omnibus ſit innatum, ſapientiam ſibi adimunt, qui ſine ullo iudicio inventa maiorum probant, & ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc fallit, quod maiorum nomine poſito, non putant fieri poſſe, ut aut ipſi plus ſapiant, quia minores vocantur, aut illi deſipuerint, quia maiores nominantur. Quid ergo impedit, quin ab ipſis ſumamus exemplum, ut quomodo illi qui falſa invenerunt poſteris tradiderunt, ſic nos, qui verum invenimus poſteris meliora tradamus?* Quare ſapienter Plinius (2) *Sum ex iis, qui miror Antiquos, non tamen ut quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio: neque enim quaſi laſſa, & effœta Natura nihil iam laudabile parit.* Item non, numero, ſed ratio-

ne

(1) Lib. 2. cap. 8.
(2) Lib. 6. Epiſt. 15.

ne pugnandum : *Sunt opiniones*, ait Cl. Sfondrati (1) *inſtar monetæ, cuius valor non ex numero, ſed pondere, & metallo æſtimatur; ſic opiniones non doctorum numerus, ſed maior ratio, veritas, & prudentia commendat: alioquin ſemper vincerent fatui, quorum numerus quam prudentum maior eſt.*

Canon X. Opinio quæ vel ſolis hypotheſibus, vel ſolis experimentis naturæ arcana noſcere ſtudet, non eſt amplexanda: Prima namque Naturam ad ſuum trahit Syſtema: altera Phœnomenorum cauſſas non aſſequitur: quapropter inter Hiſtoricos potius, qui ita philoſophantur, ſunt recenſendi. Ea proinde cæteris anteponenda eſt opinio, quæ inſpectis phænomenis, & experimentis rite inſtitutis, ratiocinium addit, quo ex phœnomenis ipſis, & experimentis Syſtema conſurgere oſtendat.

Canon XI. Non omnium Philoſophorum experimenta ut certa tenenda ſunt: quippe non defuere, qui nihil omnino hæſitantes, & vix non iurati aſſeruerint, ſeſe (quod nulli adhuc mortalium conceſſum eſt) effluvia magnetica obſervaſſe, ut Higmocre, atque Athomos Epicuri, nec non materiam

 ſub-

(1) In Reg. Sac. Lib. 1. §. 20. Lib. 2. §. 14. 2. 6.

ſubtilem Carteſii, ut refert Cl. Leewenhoek (1), ſed ea tantum habenda ſunt ut vera, quæ ab Academiis comuni conſilio, atque opera inſtituta ſunt, & in actis quæque ſuis vulgata: quippe unius indagandæ veritatis cauſſa non ſemel, atque iterum, ſed pluries ab oculatis, & peritis teſtibus ſumma diligentia confecta eſſe conſtat (*a*).

Canon XII. Aliorum tamen Philoſophorum non temere negandæ ſunt obſervationes, ac præcipue ſi qui magni nominis fuerint, & in experimentis capiendis illuſtres (*b*).

Ca-

(*a*) Huiuſmodi ſunt Academiæ Pariſienſis, Petropolitana, Berolinenſis, Florentina, Londinenſis, Bononienſis, Taurinenſis, Vpſalienſis, Holmienſis.

(*b*) Magni nominis habentur Du-Clos, Muſskembroekius, Nollet, Boheraave, Lemery, de la Hir, Boyle, Halleius, Mariotti, Varenius, Hombergius, Guerrikius: quorum in numero magna cum honoris præfatione, & laudis prærogativa merito eſt nominandus Carafa Dux Noienſis præſtantia æque generis, ac doctrinæ, ingeniique non modo apud cives ſuos, ſed apud exteros etiam præclariſſimus: Huius egomet Principis viri, & ſolertiam aliquando, ſedulitatemque ſum admiratus, & expertus humanitatem, quum me in magno litteratorum, & nobilium

(1) Arcanorum Naturæ Tom. 2. p. 2.

Canon XIII. Si plurimorum Nobilium Philoſophorum experimenta pluribus aliis etiam nominatorum virorum ſint oppoſita, ut ſunt experimenta Roberti Boyle (1) quæ ignis gravitatem exhibent, & Hermanni Boheraave (2) quæ eiuſdem ignis levitatem demonſtrant, tunc methodus, qua experimenta ipſa inſtituta ſunt, examinanda, ut facile, in quo peccatum ſit, deprehendamus (*a*).

lium virorum conventu ſpectatorem adhibuit experimentorum plurium, ac effectuum præſertim admirabilium *Tormellini* lapidis, de quibus ipſe tam accurate etiam ſcripſit, ut Cl. Muſskembroekius in nova ſuæ Phyſices editione referre, & commendare, non dubitaverit.

(*a*) Rite experimentum inſtitutum erit, ſi ad eas circumſtantias attendamus, quas recenſent Philoſophi.

I. Ut Inſtrumenta perfecta ſint, atque diligenter elaborata: ſic in perfecto Priſmate, ſe deprehendiſſe, ait Newton, colore ſeiunctos, conſtantes, atque immutabiles, quod non deprehenderunt Academici Bononienſes, & Dominus Mariotti ob Priſma bullis, ac venis inſperſum, nec ſatis politum: & quoniam Dominus Mariotti adfirmavit quovis Priſmate ſeiunctos colores ſeparari iterum poſſe, Regia Londinenſis Societas pluries obſervationes ſumma diligen.

(1) De Flammæ Ponderabilitate T. 2.
(2) In Chæmia T. 1.

CANON XIV. Illi tandem magis fidendum, qui

gentia repetens defectui Priſmatis Domini Mariotti tribuendum eſſe decrevit.

II. Non negligenda eſt ratio inſtrumentorum ad corpora exploranda: propria experientia id didicerunt Academici Florentini, quippe ferrum candens frigido levius experti ſunt, atque id ex eo, quod lances funiculis erant ſuſpenſæ: at ſuſpenſis filo æneo ferrum candens frigido maioris ponderis obſervatum fuit: diverſitatem porro effectus ex eo eſſe cognoverunt, quod accedente ferro candente, humor omnis in funiculis ante exiſtens vi caloris extrudebatur, quare levior deinde hæc lanxfacta eſt, quod ad. ſenſum ſaltem in lancibus filo æneo ſuſpenſis, non accidit.

III. Locus in quo experimenta inſtituuntur diligenter notandus: pro locorum enim diverſitate diverſi quandoque ſunt effectus: ſic idem pendulum eiuſdem longitudinis, trium ſcilicet pedum pariſinorum cum nona parte, Pariſiis ſecundam oſcillationem perficit intra minutum ſecundum, teſte Hugenio: in locis polo vicinioribus eam brevi tempore abſolvit: in locis vero, qui Æquatori proxime adiacent, ut Rizetus, aliique teſtantur, plus temporis inſumit.

IV. Anni Tempeſtates non omittendæ: quippe diverſa eſt pro tempeſtatum diverſitate corporum elaſticitas, ut in lamellis chalybeis expertus eſt Cl. de la Hir, hac namque horologiorum rotæ velocius per hyemem, tardius per æſtatem moventur.

V. Qui

qui in experimentis enarrandis omnia examuſſim

V. Quinimo nocte ne, an die experimenta inſtituantur notandum eſſe monet Muſſkembroekius (1): diverſam enim eſſe directionem acus magneticæ per diem, ac per noctem ipſe teſtatur.

VI. Quoniam venti ſubtiliſſimas ſecum deferunt ex diverſis regionibus particulas, ex calidis ſcilicet ſlantes, calorem, ex borealibus frigus, & quandoque humiditatem inducunt, & experimenta notabiliter mutant: idcirco venti eo tempore ſpirantes adnotentur.

VII. Sunt qui & Barometri altitudinem, qua atmoſphæræ pondus, & Termometri elevationem, qua caloris gradus, ut aiunt, indicantur, religioſè inquirunt.

VIII. Quoniam vero circumſtantiæ huiuſmodi varium reddunt experimentum, atque phœnomenon, idcirco pluries iterandum eſt, mutatis adiunctis; ut inde inferri valeat quænam ſemper ipſum comitentur, quænam ipſi accidant, atque aliunde eveniant. Ex varietate circumſtantiarum enim eſt, aliquos obſervaſſe, ventum intra ſecundum minutum, non percurrere niſi triginta duos pedes pariſinos; cum Muſſkembroekius ex Derhami obſervationibus referat, ſexaginta ſex pedes Britannicos percurriſſe: atque id nonniſi ex diverſitate aeris ſcilicet purioris, atque ex diverſa vi aerem ipſum impellente.

Diverſitatem quoque obſervationum in Perſpiratio-

(1) Orat. de Method. inſtit. exper.

Digitized by Google

ſim adiuncta diligenter perſequitur: ſic enim, & fi-

tione, quæ eſt Sanctorium inter, & Dodartum, & Keillium, alioſque ex diverſis circumſtantiis prope repetit Albertus Haller (1); Etenim Sanctorius Medicus Italus exactis, accuratiſque obſervationibus longe triginta annorum ſpatio habitis, adnotaverat, Hominem inſenſibili perſpiratione plus ſubſtantiæ expellere, quam ſenſilibus excrementis: atque hinc, ſi corporis pondus auctum eſſet, ſine aumento cibi, & potus, evidens ſignum eſſe, poros conſtipatos eſſe; Rurſus non ſudore tantum corpus perſpirare; ſed inſenſibiliter etiam uncias quinquaginta hyemali tempore: atque æſtate corpora temperata tribus libris minus ponderare, quam hyeme. Perſpirationem inſenſibilem ſeptem horarum ſpatio in dormiente eſſe unciarum quadraginta: viginti vero in vigilante. Hic, Gorteri, inquit laudatus Haller (2), cum Sanctorio magna eſt diſputatio: Sanctorius in ſomno quadraginta, & quinquaginta uncias perſpirari dixerat, duplo adeo pluſquam in vigilia, & aliquando intra unam horam ad libram unam: Recentiores omnes invenerunt contrarium modo per ſomnum minus perſpirari: Keillius, Dodartus, & Gorterus ex propriis experimentis invenerunt perſpirationem nocturnam hyeme fuiſſe ſexdecim unciarum, æſtate quatuordecim, quod pondus Keiliano etiam maius eſt: Duas uncias intra horam, quum vigil tres, & cum motu animali quatuor

(1) Tom. IV. de Somno adnot. 10.
(2) Ibid.

& fidelem ſe præbet in exponendis experimentis, ac tutos nos reddit nihil a ſe omiſſum eſſe (*a*): ſic ſi quis dicat marmora cylin-

tuor per horam perſpiraverit, ut in ſomno ſit fere dimidio minor quam in vigilia: Keilius nocturnæ perſpirationis diurnæ ſeſquialteram fecit. Unde hoc in experimentis diſſidium? Subdit Haller, procul dubio magnæ cauſæ pars in cœna Italorum uberiori, quæ Batavis, & Anglis fere nulla eſt. Sed ieiunus vix decem & octo uncias tranſpirat per Sanctorium: Fatetur Gorterus cœna pleniore perſpirationem augeri. Deinde putaverim primis ſomni horis parum, ultimis valde perſpirari, & conſentiunt experimenta Gorteri, tum enim magnam ad cutem determinationem demonſtrat mador infantum, & rubor, & calor. At ſi quid nobis per laudatum Haller addere licebit; Diverſitatem etiam eſſe ab aere, qui rigidior ſane in Germania eſt, ubi Keillius, Dodartus, & Gorterus experimenta inſtituerunt, quam in Italia ubi Sanctorius.

(*a*) Excellent præ cæteris Robertus Boyle, Abbas Nolletus, Hermannus Boheraave, Petrus Van Muſſkembroekius, & tempeſtate hac noſtra P. D. Ioannes Maria de Turre Congregationis Sommaſchæ, qui & ſi in phyſica re non paucis præſtet, ut ab ipſo edita teſtantur opera: in experimentis tamen microſcopicis adeo excellet, ut facile omnes vincere videatur: quippe ſumma diligentia, atque induſtria ad perfectionis apicem microſcopia præſertim ſimplicia evexit, ut non ſuperaverit modo

lindrica, quorum baſes ſebo uniantur tanta vi cohærere, ut a ſexcentis libris non vincantur, errat: Deſunt namque plura adiuncta neceſſaria: adponere enim debuiſſet diametrum baſium linearum viginti ſex: item illo temporis articulo, quo, ope Sebi coniunguntur, marmora debere eſſe inſigniter calida: tandem diſiunctionem frigida tempeſtate tentandam eſſe. Si manca erit experimenti expoſitio dubietatem creabit, & ab aliis repeti, non niſi difficillime, poterit.

CA-

do Cl. Leewenhoek celeberrimum Hollandicum obſervatorem, cuius viginti ſex ſimplicia microſcopia, quæ teſtamento reliquit ſocietati Reali, obiectum augebant, teſte Henrico Boker ſexagies ſupra centies: ſed & ipſum Wilſon Anglum, qui lenticulas elaboravit obiecti diametrum augentes ad quadrigenties, quum Domini Ioannis Mariæ de Turre Criſtallini globuli bis millies quingenties ſexagies, non ſine ſumma (quod caput eſt (claritate obiecti diametrum augeant. In hiſce autem deſcribendis microſcopiis, nec non in exponendis obſervationibus, quarum aliquæ novæ omnino) inter quæ eæ ſunt de ſanguinis figura) reipublicæ litterariæ acciderunt tam clare, tamque ordinate, atque ita minutatim ſingula exponit, ut non tam eius opus hac ſuper re editum legere, quam ipſum obſervantem intueri, docentemque audire exiſtimes.

CAPUT II.

De Iure Naturæ.

QUum non ultimum inter Philoſophiæ partes ſibi vindicet locum Diſputatio de Iure Naturæ, & Gentium ætate præſertim hac noſtra: idcirco aliqua per nonnullos canones, etiam de hac, & de iis, qui argumentum hoc tractarunt, delibabimus.

CANON I. Subleſtæ fidei Scriptores plerumque habendi ſunt, qui maledicta, & convicia de Iure Naturæ diſputantes in alios pleno ore effundunt. Hac enim via & cogitatis ſuis famam tamquam novis, & cœlo delapſis conciliare; aliorum autem inventa tamquam nugas, atque ineptias, præſertim ſi ætatem duxerint, ab ſtudioſorum manibus, ac mentibus curant avertere.

Illi Doctores (verba ſunt Samuelis Puffendorfii) (1) *qui in Epiſcopi Romani verba iurarunt, queis omnia ad potentiam, & quæſtum Sacerdotum vertere labor eſt, Legi naturali, & univerſæ de moribus doctrinæ magnam*

(1) In Spicil. Contr. cap. 1. §. 3.

gnam caliginem offudere. Et iterum (1) *Scholaſticorum Doctrina* . . . *non ſolum per ſe nihil ad culturam, aut decus vitæ confert, ſed & peſtilentiſſima eſt, dum bonas, & utiles litteras ſuffocat omni ætate*. Buddæus (2) Scholaſticos Ius Naturæ infeliciter tractaſſe, ait. Fridericus Ludovici (3) *Hugo Grotius*, inquit, *Vir omnium encomiis maior doctrinam Iuris Naturæ a veteribus moraliſtis admodum conſpurcatam reſtaurare, ac vero ſuo nitori reſtituere animum induxit*. Laurentius Fleiſcherus (4) *Utiliſſimam*, ſcribit, *Iuris Naturæ, & Gentium diſciplinam per multa ſæcula latuiſſe aut plane occultam, aut pulvere Scholaſtico commaculatam ex tenebris extraxiſſe Hugonem Grotium*. Idem habet Kemmerikius (5): *Surgente ſæculo decimo ſeptimo fæliciora fata Ius Naturæ experiri, atque a ſquallore ſcholaſticorum repurgari cæpit, Hugone Grotio potiſſimum Auctore*. Similia ſcripſit Thomaſius (6) *Addendum, quod Clerus Pon-*

(1) In Spicil. Controverſ. cap. 2. §. 5.
(2) Hiſt. Iur. Nat.
(3) In Doctr. Iur. Nat. iuridice conſiderat. cap. 1.
(4) Inſtit. Iur. Nat. & Gen. In Præf.
(5) In Puffendorfio enucleato cap. 4.
(6) In Fundament. Iuris Natur. p. 284.

Digitized by Google

Pontificius Doctrinam hanc de officiis erga mortuos valde promoverit ob intereſſe ſuum, videlicet ob doctrinam de cultu Sanctorum, ac de Purgatorio.

At quorſum hæc amabo te? Nonne ut Catholicorum Doctorum, ut Sanctorum Patrum, ut Theologorum Scholaſticorum contemptum in Lectorum, atque Adoleſcentium præſertim animos ingerant, defigantque?

Quid vero de ſe, ſuiſque operibus inflatis prædicent buccis, audiamus. *Tandem fata dedere*, ſcribit Buddæus (1), *Hugonem Grotium illum Iuris naturalis reſtauratorem, qui reſtitutæ ſuo nitori Philoſophiæ moralis gloriam apud Litteratum quacumque patet orbem iampridem retulit. Accinxit ſe ſe ad moliendum hoc opus*, (de Grotio Puffendorfius (2), *in quo nulla priorum ſæculorum veſtigia ipſum regebant.*

Adamus Hochſterus in Collegio Puffendorfiano hæc ſcribit: *Eſt hic libellus* (loquitur de Offic. Hom., & Civis, qui Epitoma veluti eſt octo librorum iam a Puffendorfio conſcriptorum de Iure Naturæ). *Si molem exiguus: at ſi ordinatiſſimam rerum practicarum pro-*

(1) Hiſt. Iur. Nat. p. 27.
(2) Præf. Iur. Nat.

prope omnium compagem, infinitorumque conceptuum ſpecies, vere Magnus: imo dixerim fere inexhauſtus: quod non inficiabitur, qui poſt lectos non ſine contentione Cicerones gentiles, Grotios, & horum Commentatores, Adnotatores, Obſervatores, ipſumque Puffendorfii opus de iure naturæ, & gentium, ad hoc opuſculum de officiis hominis denuo regreſſus attente id repetierit, atque nec par eſt velut illorum omnium compendium, & quod pauci capiunt, admirabile ſupplementum evoluerit.

Firmat idipſum Hartewigius (1): *Abſolutiſſimum*, inquiens, *eſt partus eius primarius, & opere Grotii incomparabiliter excellentius.*

Quid de ſuo opere Puffendorfius dicat, audiamus: *Quod primus ego ſim habendus*, ait modeſte nimis, *qui glaciem fregerim, viamque ad ſolidam de iure naturæ, ac gentium ſcientiam moſtraverim, id iactaſſe a mea ſemper modeſtia abſuit, nec tanto umquam me ſum dignatus honore. Quid laboris exhauſerim, ipſe novi; quod operæ pretium fecerim*

(1) In Mozambano edit. 1710.
(2) In ſpecim. Contr. cap. 5. de Orig. Moralitatis §. 22.

rim optimus, & *eruditiſſimus quiſque liquidiſſime iudicabit.*

Quid igitur? Miſeret me quidem adoleſcentium illorum, qui philoſophicis diſciplinis nudi a poeticis, ac rhetoricis ad moralia traducuntur; atque in hæc, & ſimilia impingentes, profeciſſe ſe nunquam ſatis in iuris ſcientia putant, niſi Grotium, Puffendorfium, Hobbeſium, Fleiſcherum, Tomaſium, alioſve huius furfuris magiſtros, ac duces ſequantur, non dum explorato, quam lubricam viam, & aleæ plenam inſiſtant. Ut autem iis præſto ſim, ac tempori ſubveniam, eorum ſuperbiam non meritis quœſitam, ſed mendaciis, atque impudentia ob oculos ponere, ac retundere conſtitui. Quod faciam petitis armis non aliunde, ſed ab ipſiſmet Religionis eiuſdem profeſſoribus Proteſtantibus nempe magni nominis apud Heterodoxos, quorum iudicia proferam.

Ageſis, Salmaſium (1) de Grotio loquentem audi: *In Philoſophicis ſi diſputandi ſolertia ſpectetur, vix mediocribus par eſt, nec unquam vidi, qui minori cum vi, ratiocinetur: Librum eius de Iure Belli, & Pacis refutan-*

D *dum*

(1) Apud Deſing. Opere inſcripto *Ius Naturæ liberatum* &c.

dum ſuſcepit quidam Profeſſor Almæ Iuliæ, qui amicis aliquot, quos vidi, affirmavit, ſe oſtenſurum eſſe, nullam paginam vacare inſignibus erratis.

In nova Grotii editione operis de Iure Belli, ac Pacis Lauſannæ an. 1751. cum Ioannis Franciſci Gronovii notis, & Ioannis Barbayracii animadverſionibus, necnon commentariis Henrici Liberi Baronis de Coccei, inſertis obſervationibus Samuelis de Coccei filii (1) hæc habentur: *Grotius hoc, & ſequentibus paragraphis pro variis iurium ſpeciebus (nam quatuor iura univerſalia fingit) varias iuris ſignificationes proponit, quæ a nemine hactenus eo ſenſu uſitata fuerunt. Præterea ſingulas has ſpecies per alias ſubdiviſiones, adhibitis novis terminis, adeo obſcuras reddit, ut totum ius naturæ incertum inde reddatur . . . Provocamus ad has ipſas ſignificationes, quæ iuri naturali vix formam iuris relinquunt.* Similia in operis decurſu leguntur.

De Grotii opere hæc Puffendorfius habet (2): *Conati quidem ſunt viri quidam docti, editis ad iſtius libros de Iure Belli, & Pacis commentariis, his defectibus*, quos ibi notat, *me-de-*

(1) Tom. I. ad Grotii lib. 1. cap. 1. §. 3.
(2) In Præf. de Iur. Nat.

deri . . . Aliis tamen longe utilius iudicatum fuerat totam iſtam materiam denuo incudi ſubiicere, ac in novam formam fingere.

In Apologia vero (1) *Hobbeſium*, ait, *& Grotium ne amplius iuventuti prælegere cogerer, librum meum præcipue edidiſſe me profeſſus ſum.*

De Puffendorfio peſſime ſentit Gudlingius (2) quippe, & civilia, & naturalia, & Gentium iura confundere cenſet: *Ob eam cauſſam*, ſubdit, *mihi Puffendorfius quoties eum pro ſuggeſtu explicavi faſtidio fuit, quod homines conturbet.* De aliis commodius infra ſuis locis dicemus.

Iam vero quid in tanta, tamque oppoſita ipſorum heterodoxorum opinione credendum? pro quo ſtandum? Nulli prorſus, meo iudicio, ſed quæ vera ſint, marte quiſque ſuo ſcrutetur (*a*).

(*a*) Vide egregium opus, quod inſcribitur *Inſtitutiones Iuris Univerſalis Naturæ, & Gentium ad normam Moraliſtarum noſtri temporis maxime Proteſtantium Hugonis Grotii, Puffendorfii, Thomaſii, Vitriarii, Heinecii, aliorumque, ex recentiſſimis ador-*

(1) §. 37.

(2) Diſcurſu Præliminari §. 1.

Canon II. Cavendum maxime, ne Syſtematis novitate, aut ordinis in rebus pertractandis illecta mens, & ſpecioſo verborum cortice detenta, vitioſam doctrinæ medullam incurioſius attendat: neglectis itaque phaleris, & lemniſcis, quid quiſque in ſuo opere doceat attente perluſtret: hiſce decepti nonnulli Thomæ Hobbeſii (*a*) commendati ſunt opus *de Ci-*

adornatæ, & ad criſim revocatis eorum principiis. Auguſtæ 1743. *Auctore Ignatio Schwarts Soc. Ieſu*: Opus item inſcriptum: *Iuris naturæ Larva detracta compluribus libris ſub titulo Iuris Naturæ prodeuntibus, ut Puffendorfianis, Heinecianis, Wolfianis*, & *aliis* P. Anſelmi Deſing Benedictini: atque eiuſdem Cl. Deſing opus aliud eodem anno 1753. vulgatum, inſcriptumque: *Ius Naturæ liberatum, ac repurgatum a principiis lubricis, & multa confuſione per Doctores Heterodoxos inductis*. In hiſce namque ſingula exponuntur fideliter; integræ recitantur auctorum ſententiæ, Syſtemata, Fundamenta, Illationes ſingulorum ob oculos ponuntur, quæ cuilibet cum citato auctore conferre & examinare per ſeipſum licebit.

(*a*) Malesburium in Anglia Thomæ Hobbes anno 1588. patria fuit. Scripſit libros tres *de Corpore*: Librum item *de Homine*: *Problemata phyſica*; *de Natura Aeris*: Dialogos *De emendatione hodiernæ Geometriæ*: *De Principiis, ac ratiocinationibus Geometrarum*: *Roſetum Geometricum*; ex quo a Cl. Mer-

Cive, *&* *Leviathane*: & ad ea quæ falſo, quæ impie, quæ contra rationis lumen docuerit ibi, animum non adiecerunt.

Legem ipſe Naturalem definit (1) *Dictamen rectæ rationis circa ea, quæ agenda, vel omittenda ſunt ad vitam, membrorumque conſervationem, quantum fieri poteſt, diuturnam*. At quis eſt, qui primoribus labris philoſophiam deguſtarit, & ignoret Rectæ rationis dictamen non Legem, ſed Principium, ut aiunt, Cognoſcitivum eſſe legis iam exiſtentis? Adde, quod anguſtos nimis præſcribit fines; in vita, membrorumque ſcilicet conſervatione. Quum adſit Anima, quæ ſuum habere debet obiectum, ſuamque legem, qua ad finem aſſequendum ducatur, & ut ut materialem ipſe impie eam ſtatuat, attamen ſaltem dum vivit homo ſuam peculiarem ap-

Merſenno, & Gaſſendo laudes retulit, atque eorumdem iniit amicitiam: Edidit quoque opus, quod ad rem noſtram facit, *De Cive*, & *Leviathane*, hoc eſt de Materia, Forma, & Poteſtate Civitatis Eccleſiaſticæ, & Civilis, ubi non atheiſmum modo profitetur, ſed atheum agere, atque atheiſmum probare pro aris & focis ſtudet, & Syſtema de Iure Naturæ contra communem, & intimum hominum ſenſum ſtatuere contendit.

(1) Lib. 1. De Civ. cap. 2. §. 1.

petit fœlicitatem. Mens enim (quidquid ſit, quod hoc nomine per ipſum veniat) honeſta reſpicit, atque utilia, ſublimia contemplatur, atque ſui corporis actus moderatur, & regit: debet igitur ipſa & ſuum habere obiectum fœlicitatem ſuam, ſuam legem.

Statum belli, docet (1) Legis naturalis fundamentum eſſe, atque id ex eo probat, quod quum omnes pares a natura conditi ſimus, omnia æquali iure omnium, & ſingulorum eſſe debeant, unde omnes parem vim, atque æqualem nocendi voluntatem habent, ex quo nihil tutum: hinc rixæ neceſſariæ inter homines, pugnæ, contentiones, & bella.

Atqui oppoſitum natura nobis demonſtrat, ut ad rem Puffendorfius, atque indigitat: Pueros quippe, qui naturæ ſimplici ductu agunt, mutua videmus charitate ſe ſe excipere, amicitiamque inire, atque amorem fovere; Iurgia vero, contentioneſque non a natura, ſed a vitiis naturam deturpantibus ſunt, praviſque inclinationibus: ex quibus fit, ut omnia nobis appetamus, quum natura paucis ſit contenta, atque ea tantummodo appetat, quæ ipſi neceſſaria ſunt. Hoc aperte demonſtrant in ſuis actibus Animalia omnia.

Ri-

(1) Lib. 1. de Civ. cap. 1. §. 10.

Ridiculum deinde eſt, quod §. 15. ſubdit, ne ſcilicet ex rixis, & contentionibus, ex præliis, & bellis mortalium genus deſtruatur, aliqua ex proprio iure viciſſim quiſque cedat oportet, atque id ex mutuo pacto: Unde & hoc aliud profluit, ipſe ait, fundamentum: Pactis ſtandum, ſive conventionum fidem ſervandam tamquam conciliandæ paci neceſſariam. Nonne difficillimum erit pactis ſtare, & conventionibus de pace ſervanda, ſi fundamentum, & lex naturæ ſit ſtatus belli? Paradoxum hoc item eſſe, nullus non videt, Natura homines ad fœlicitatem ita conditos eſſe, ut ad eam quoquomodo aſſequendam infeliciſſimi eſſe indeſinenter debeant? ira ſcilicet perciti, aut odio, ſpe illecti, aut metu correpti, ne alii noſtra rapiant, ne membra lædant, ne vitam auferant: quæ ſarta tecta tueri, ac præſtare nobis ipſi enixe conamur.

Paradoxum item & illud eſt (1): Unam Imperantis voluntatem regulam eſſe boni, & mali, ex quo illud etiam effloreſcit, nihil iniuſtum a Principe mandari poſſe, quaſi ſi nihil in natura eſſet Iuſtum, vel Bonum.

Tot, ac tanta in Libro de Cive impie docuit,

(1) Cap. IV. §. 12. 14. de Civ.

Digitized by Google

cuit, ut Buddæus (1). *Ipſum Macchiavellum iterum in ſcenam induxiſſe*, affirmare non dubitaverit. O præclarum Iuris naturæ Inſtauratorem! (a)

CA-

(a) Illud hic non omittendum, hæc ipſa impia iuris naturæ fundamenta ex antiquis effudiſſe Hobbeſium: *In ſumma fortuna id æquius, quod validius*, legitur apud Tacitum (2) Ariſtippi vero Cyrenaici (3): *Nihil eſſe in natura Iuſtum, vel Bonum, vel Turpe; verum omnia lege, & conſuetudine definiri*. Euphemi apud Thucydidem (4) *Regi, aut Civitati imperium habenti nihil iniuſtum, quod utile*. Epicureorum apud Horatium (5).

Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum,
Sola eſt utilitas iuſti prope mater, & æqui.

Iure igitur optimo de Hobbeſio, (quem Fleiſcherus (6) inter inſtauratores iuris naturæ enumerat) Samuel Parkerus (7) *Probe ſcio*, ait, *Hobbium nihil nobis obtuliſſe, niſi quod apud veteres in Epicuro reprehenſum invenimus: Ita Hobbius omnia Epicuri flagitia ingenti faſtu, tamquam ſua recudit: atque ut nova videantur, novis nominibus appellare affectavit*.

(1) Hiſt. Philoſoph.
(2) Lib. 15. Annal.
(3) Apud Laert. Lib. 2.
(4) Lib. VI.
(5) Lib. 1. Sat. 3.
(6) In præf. Inſtit. Iur. Natur., & Gent.
(7) De Deo, & Prov. Diſp. 1. Sect. 27.

Canon III. Si abſonæ ex præiactis fundamentis illationes deducantur, totum Syſtema ut falſum eſt reiiciendum: Pronunciati quippe loco dialecticis eſt: Verum nonniſi ex vero deduci poſſe. Quis enim ut verum habuerit Laurentii Fleiſcherii Syſtema de iure naturæ, quum ex ſuis principiis hæc ipſemet inferat, doceatque (1)? *Tace, Loquere, Vera dic, Falſiloquia utere quoties, & quomodo opus eſt ad promovenda aliorum commoda; aut Iura non lædenda.* Item Præcepta naturalia non eſſe Leges proprie dictas, ſed mera conſilia, monita paterna. Rationem ſibi relictam ignorare conceptum Dei tamquam Legislatoris, & Domini; ſed ſolius Patris, & Doctoris: conceptum Dei tamquam Legislatoris, & Domini non producere in homine, niſi metum ſervilem... Legem naturæ proprie talem tantum complecti præcepta moralia, quæ fluunt ex regulis iuſti, ſeu officia erga alios, ne turbemus ſocialitatem externam: hinc infert vagam libidinem non pugnare cum regulis iuſti, inceſtum non repugnare iuri naturali ſtricte dicto, ſed rectius eſſe ab eo abſtinere, & peccaturum Magiſtratum ſi eum promiſcue permitteret. At ſibi

(1) Inſtit. Iur. Nat., & Gent.

ſibi obiicienti morum laxitatem iſthæc inducere maximam, atque ad atheiſmum ſternere viam; Fruſtra, ipſe ſibimet reponit, proponi ut leges obligantes præcepta naturalia, ſi homines ea deſpiciendo, non obſervent. Ergone habenis, & frœnis indomitus non coercendus equus, quia frœnum mordet, reſpuitque? hæc Fleiſcherius, & ante ipſum Thomaſius. *Sententias eorum prodidiſſe, refutaſſe eſt*, optime S. Hieronymus (1).

Canon IV. In Syſtemate perpendendo illud imprimis præ oculis habendum, num certis, notiſque innitatur Principiis: nam ſi incerta ipſa erunt, & dubia nutantes, infirmioreſque dabunt illationes, ac totum corruet ædificium: In hoc peccaſſe ſummo ingenio virum Hugonem Grotium notant Eruditi (*a*). Nec non Samuelem Puffendorſium.

Do-

(*a*) Delphis Bataviæ oppidum anno a partu Virginis 1583. Hugonem ex nobili Grotiorum familia excepit. Quo floruerit ingenio vel ex hoc intelligi poteſt, quod nonum agens annum, ſi vera eſt fama, inter celebriores recenſeretur poetas: vix decimoquinto expleto ſolemni Doctoratus laurea in Philoſophicis, Philologicis, ac Iuridicis facultatibus inſignitus fuerit. Octo diverſa callebat idio-

(1) Epiſt. ad Cteſiphont. adverſ. Pelag.

Docet itaque Grotius (1). A Natura nos ad ſocietatem duci tranquillam, ita ut *etiamſi nulla re indigeremus ad ſocietatem mutuam appetendam Natura nos ferret. Hæc autem ſocietatis cuſtodia*, ait (2), *humano intellectui conveniens fons eſt eius iuris, quod proprio tali nomine appellatur. Inter ea* (3), inquit, *quæ*

idiomata, & tantum in negotiis peragendis ſapientiæ, dexteritatis, & prudentiæ nomen ſibi comparavit, ut forenſem patronum decimoſeptimo ætatis ſuæ anno dum ageret, Magnus Roterodami Syndicus fuerit ſalutatus. Calvini dogmata ſequutus eſt: dein Iacobum Arminium, qui in Prædeſtinationis dogmate a Calvino receſſit, ſequutus, Arminianus dictus eſt: Tum Socinianus quoque, & Remonſtratenſis appellatus, poſteaquam Arminiani, quibus ipſe favebat, Socinianorum errores amplexi ſunt, & ex libro Statibus oblato, qui *Remonſtratio* inſcribebatur *Remonſtratenſium* nomen adiecerunt. Plura ſcripſit erudita ſane, atque acuta, opus ſcilicet de Veritate Religionis Chriſtianæ: De Mari Libero mari clauſo Seldeni anglo oppoſito: De Iure Belli, & Pacis: Libros tres, in quibus Ius Naturæ, & Gentium, ubi Ius Publicum præcipue explicatur, ac libellum de Æquitate, Indulgentia, & Facilitate.

(1) Proleg. de Iur. Belli, & Pacis §. 15.
(2) §. VIII.
(3) §. VI.

quæ homini ſunt propria eſt appetitus ſocietatis, id eſt communitatis, non qualiſcumque, ſed tranquillæ, & pro ſui intellectus modo ordinatæ, quæ ſui ſunt generis. Hoc ſui Syſtematis fundamentum ex eo dicit verum, quod gentes omnes ubique degentes, atque omni ætate, ut verum amplexati ſint. *Ubi*, pergit ipſe (1), *Multi diverſis temporibus, ac locis idem pro certo affirmant id ad cauſſam univerſalem referri debet, quæ in noſtris quæſtionibus alia eſſe non poteſt, quam aut recta illatio ex naturæ principiis procedens, aut communis aliquis conſenſus: Illa ius Naturæ indicat, hæc Gentium.*

At pace tanti viri neque ſatis firmum, ac certum Principium Cognoſcitivum, ut aiunt, exhibet, neque verum ſtatuit Iuris naturæ Fundamentum. Quis enim ut ut eruditus ſine dubitatione affirmabit, id verum apud omnes gentes ſemper, & ubique? Quod ſi vel difficillimum eſt Doctis, poterit ne id aſſequi Ruſticus facile? Cui quidem facilis, atque aperta eſſe etiam debet iuris naturalis cognitio.

Multo magis, quod ex hiſtoriis novimus (ad quas ipſe ut ſuum ſtatuat Syſtema pro-vo-

(1) §. 48.

vocat §. 40.) Silveſtres gentes, ac barbaras ſolitariæ in deſertis montibus, ac ſilvis vitam ducere: exiſtere quoque inter homines eos, qui ductante natura, ſolitudinem ſtudent, atque fœliciores ſe dicunt, qui longe ab aliorum ſocietate ſibi vivunt.

Plura item quæ naturæ adverſantur in more apud populos quoſdam fuiſſe teſtatur Hieronymus (1) qui, *Quid loquar*, inquit, *de cæteris nationibus, quum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos gentem Brittannicam humanis veſci carnibus, & quum per ſilvas porcorum greges, & Armentorum, Pecorumque reperiant paſtorum nates, & Fœminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolum ciborum delicias arbitrari? Scotorum natio uxores proprias non habet, & quaſi Platonis politiam legerit, & Catonis ſectetur exemplum, nulla apud eos coniux propria eſt, ſed ut cuique libitum fuerit, pecudum more laſciviunt. Perſæ, Medi, Indi, & Æthyopes regna non modica, & Romano Imperio paria cum Matribus, & Avis, & Filiabus, & Neptibus copulantur: Maſſagetes, & Derbices miſerrimos putant, qui ægrotatione moriuntur, & pa-*

(1) Lib. 1. adverſ. Iovini anum.

parentes cognatos, propinquos, quum ad ſene-ctam venerint, iugulatos devorant, rectius eſſe ducentes, ut a ſe potius, quam a vermibus comedantur. Similia habet S. Chryſoſtomus (1). Ex quibus neque ut verum, neque ut evidens haberi poteſt Grotianum Iuris Fundamentum, neque eius Cognoſcitivum Principium (*a*).

Aliud quoque incommodum patitur indicatum, acuti alioquin Grotii, Syſtema, quod ſcilicet Officia erga Deum appoſita non ex principio ab ipſo ſtatuto deducta videantur: Qua enim ratione ex *Tranquilla Socialitate* immediate Numinis honorem, cultum, reverentiam, niſi vi trahas, facile deduxeris.

Præter expoſitas haſce, maiores, ac plures pa-

(*a*) Neque argumento ſatisfacit Cl. Antonius Genuenſis pro Grotio reponens (2): Nihil obeſſe veritati, & evidentiæ, ex quo Ruſtici alterutrum non aſſequantur. Neque enim ex eo, quod hi geometricas non percipiant demonſtrationes, ille falſæ erunt, aut doctis viris obſcuræ. Equidem non omnes geometras voluit natura, ſed omnes homines condidit, rationis ſcilicet lumine præditos, quibus proinde regulas agendi in ſuis actibus indidit: unde tales ſint oportet, ut quiſque eas ſine labore, ac ſtudio intelligat, ac ſine doctore percipiat.

(1) Homil. 4. in cap. I. Epiſt. ad Rom.

(2) De Principiis Iur. Nat. cap. IX. §. VI.

patitur difficultates Syſtema Samuelis Puffendorfii (*a*). Qui Socialitatis principium, ut iuris naturæ fundamentum & ipſe ſtravit, illudque ex miſera hominis conditione, ſi extra aliorum ſocietatem eſſet, deducere ſtudet: *Finge*, ait (1), *hominem citra omnem aliis hominibus accedentem curam, & culturam ad robuſtam ætatem provectum, cui nihil ſit Scientiæ, niſi quod ex proprio ingenio velut ultro pullulavit, eumdemque ab omni aliorum hominum ope, atque conſortio in ſolitudine destitutum: Sane vix miſerabilius Animal depre-*

(a) Originem Ipſe duxit a pago Flehenſi prope Chemnitium in Miſnia anno a partu Virginis 1631. Opus ipſe edidit *Ius Feciale Divinum* inſcriptum, cui alterum addidit *De Theologia in formam demonſtrationis redigenda*: Elementa item Iuriſprudentiæ Univerſalis; Librum de Statu Reipublicæ Germanicæ; tandem opus edidit de Iure Naturæ, quo de argumento aliquid in Elementis Univerſalis Iuriſprudentiæ attigerat; cui deinde addidit tractatum de Iure Gentium. Univerſam Moralem diſciplinam in tres diſtribuit partes: Agit in prima de Habitu Religionis Chriſtianæ ad vitam Civilem: Ius Naturæ perſequitur in Secunda. Tertia eſt de Officio hominis, ut ea ſuppleret, quæ deerant iis, quæ de Iure Naturæ ſcripſerat.

(1) Lib. 1. de Offic. hom. & Civ. cap. 3. §. 3.

prehenderetur: elingue nimirum, ac nudum, cui nihil aliud relictum, quam herbas, radiceſque vellere, aut ſponte natos fructus legere: ſitim fonte flumine, aut lacuna obvia levare: repellendis aeris iniuriis antra ſubire, aut muſco gramineve corpus utcumque tegere, tempus tædioſiſſimum per otium exigere, ad quemvis ſtrepitum, aut alterius animantis occurſum exhorreſcere denique fame, frigore, aut per feras beſtias perire.

Hoc ſane verum ex parte eſt, ſi hominem ſpectemus, in datis naturæ lapſæ circumſtantiis, ut illum conſiderandum ſibi proponit Puſſendorfius, in quo a cupiditatibus effrœnis illectus ſenſilibus obiectis ſervit, miſeriis, atque anguſtiis premitur: In his quippe circumſtantiis ſocialitatem appetit: atque hæc ſin minus fœlicitatem generat, ſubſidio tamen ipſi eſt, ne opprimatur. Verum præterquamquod, ut mox dicemus, Socialitas non ea fœlicitas eſt, quam homo tantum appetit, ut completa ipſa ſit, non eſt adæquatum iuris naturalis fundamentum, quod ſane tale eſſe debet, ut in omni quocumque ſtatu, ſive lapſa, ſive integra natura ſit, ſemper idem eſſe debet, utut mutentur rerum circumſtantiæ: quum eadem ſemper ipſa ſit Natura, idem eſſe de-

bet cuique ſtatui aptabile iuris fundamentum, licet aliqua iuxta diverſas viciſſitudines addi, vel detrahi poſſint, ut idem ipſe Puffendorfius diſtinguit, atque explicat; at quum reipſa naturam corruptam conſideret, huic naturæ leges applicare, & de hac tantum fundamentum ſtatuere conatur: non igitur de Iure Naturæ ipſi ſermo eſt, ſed de iure naturæ infirmæ.

Illud quoque in Puffendorfio ſummopere, nec immerito, diſplicuit Cl. Leibnitio (1), docuiſſe videlicet, quod finis diſciplinæ iuris naturalis tantum ambitu huius vitæ includatur, adeoque ea hominem ita formet ut hanc vitam cum aliis ſociabilem exigere debeat (2). Itemque Iuris naturalis ſcita ad forum dumtaxat humanum aptari, quod ultra hanc vitam ſe non extendat. Addit tandem Forum (3) Humanum circa externas tantum hominum actiones occupari; ad ea autem, quæ intra pectus latitant, nec aliquem effectum, aut ſignum foras producunt, non penetrare, adeoque nec circa eadem eſſe ſollicitum ius naturale, magnam proinde partem

 ver-

(1) Ep. Cenſor.
(2) Præf. ad Lib. de Offic. Hom. & Civ. §. 6., & 8.
(3) Præf. §. VI. ſeq.

verſari ad formandas exteriores hominis actiones.

Profecto ſi intra ambitum huius vitæ diſciplina iuris naturalis continetur, cur aliquis pro patria, pro republica, pro recto, & iuſto diſcrimen fortunarum, dignitatum, vitæque ipſius ſubeat? ſi averſis aliorum rebus, ipſe conſulere ſibi, & in honore, atque opulentia vitam ducere poſſit? Nam uni nominis immortalitati, famæque poſthumæ, id eſt rumoribus, unde nihil ad nos perveniat, vera, ac ſolida bona poſthabere, quid aliud quam ſplendida ſtultitia fuerit?

Neque Leibnitii difficultati Ioannes Barbayracius, qui Puffendorfii patrocinium ſuſcepit, ſatisfacit, dum inquit: Quod obligantur homines ad alios non lædendos: imo aliquando ad dignitates ſuas, vitamque ipſam devovendam ſine ulla præmiorum, ac pœnarum futuræ vitæ expectatione, & ob hanc ſolum cauſſam, quod iſthæc officia ſunt, quæ nobis Sapientiſſimus rerum naturalium Auctor, idemque ſupremus univerſi Rector impoſuerit.

At quum non ex pœnarum timore, nec ex prœmiorum expectatione operari homo debeat, ex interno amore, intimaque reverentia erga ſummum Numen id fiat neceſſe

erit.

erit. Verum unde homini notum erit, id ſummum Numen velle? Quum ex Iure naturæ non conſtet, quum hoc circa externas, ut Puffendorſius docet, hominum actiones occupetur, quodque ad ea, quæ circa pectus latitant non penetret?

Eo vel magis quod Puffendorſius (1) ipſe aperte rationem profert, cur *Caput de Religione Naturali* in Libro de iure naturæ non extet, vel quia inquit ad philoſophiam primam, ut aliqui volunt, vel ad peculiarem diſciplinam ſub titulo Theologiæ naturalis ſpectat, unde nativam veluti ſedem in diſciplina Iuris non ſortitur. Si ex iure naturæ mihi Numinis exiſtentia, cultus, honor, reverentia illi debita non proponatur, nec ulla alliciar prœmiorum ſpe, nec pœnarum urgear metu, non erit unde noverim Univerſi Rectorem hæc impoſuiſſe officia, niſi ſuppetias vel a Philoſophia prima, vel a naturali Theologia de Dei exiſtentia, attributis, & honore illi debito requiram. Manca igitur erit, & Civis, & de Iure naturæ, & gentium tractatio. Hoc paucis ſic exponitur: Iuris naturalis principium ſunt ſocialitatis officia: ad hæc tenemur, quia Sapientiſſimus rerum na-

(1) In Specimin. Controv. cap. V. §. 25.

turalium Auctor, idemque Supremus univerſi Rector hæc nobis impoſuerit: totum ergo fundamentum obſervantiæ officiorum ſocialitatis eſt in exiſtentia, & poteſtate, cultu reverentia, & honore debito Summo Rectori iubenti officiorum obligationem: Hæc itaque ex iure naturæ ſtatuenda prius, dein ad ulteriora procedendum erit: quoniam ſi ex iure naturæ non conſtat de Numinis Exiſtentia, & Poteſtate erga homines, nec conſtabit, inquiet dialecticus, quod a Supremo univerſi Rectore ad officia ſocialitatis ſervanda obligantur: Si non obligantur, Specioſa Fatuitas ſe, ſuaque alterius bono poſthabere.

Urget iterum Leibnitius (1): Nullius, inquiens roboris eſſe in Puffendorfiana naturali lege, quæ ad actus internos non ſe extendit, Iuſiurandum, cui tota vis, ab internis actibus ineſt: Puffendorfio ſubſcribens Barbayracius ab Leibnitii difficultate illum vindicat: Salvam rem eſſe, inquiens, ſi opere compleatur, quod iureiurando promiſſum fuerit, licet animus deſit: quippe, ſubdit, animus in abdito eſt, nec hominibus patet: opus tantummodo cognoſcere illi valent: quod ad vim iuriſiurandi in Puffendorfiano Syſtemate ſufficit.

At

(1) Epiſt. Cenſor. §. IX.

At Iuſiurandum ſine interna urgente obligatione nullius prorſus ponderis eſt: non enim deerit tergiverſatio, qua promiſſum non exequamur: atque tunc ubi fidelitas in promiſſis? & quum cuique id liberum ſit, ubique ſuſpicio, animique perturbatio, & metus: ubi ergo Socialitas Tranquilla?

Rurſus ſuperfluum omnino, & ridiculum eſſet Iuſiurandum: quippe ſi naturam, atque iuriſiurandi vim introſpiciamus probe novimus, promiſſis ideo ſuperaddi, ut alios de noſtra fide reddamus tutos, teſtemque vocamus Supremum Numen, quod veluti teſtis firmet, ita nos interius ſentire, ut ſpopondimus verbis, atque hæc de iureiurando eſt gentium omnium ſententia, quarum unaquæque ſuos Deos teſtes adhibet: unde Tullius (1) *Eſt iuſiurandum affirmatio religioſa: quod autem affirmate, quaſi Deo teſte, promiſeris, id tenendum eſt.* Hinc apud Romanos Religio Iudicum, Religio Teſtium, Religio Militum? Sine iureiurando nec Iudices ſententiam ferebant, nec Teſtes ſine iureiurando deponebant, nec a Iudice interrogabantur, & Sacramento Milites rogabantur; atque hinc Tullius idem: *Nullum vinculum ad adſtringendam*

(1) Offic. 3. §. 29.

dam fidem Maiores noſtri iureiurando arctius eſſe voluerunt (1): hinc formula Iuriſiurandi erat ex Barnaba Briſſonio (2): *Ex animi tui ſententia*: quaſi dicamus, Teſtis eſt Deus, cui ob ſummam reverentiam mentiri mihi fas non eſt, quod quæ promiſi, habeo animum exequendi; at ſi nulla interna ex iureiurando obligatio, ut quid Numinis invocatio? Idem ſane eſſet ac ſi idipſum quod ſpopondi, iterum ſimpliciter ſponderem.

Potiori iure perturbata Tranquillitas erit, ſi ea adiiciantur, quæ Auctor ipſe ſubdit (3): Quod ſermo non ſolum ſit inventus propter alios, ſed & propter nos ipſos: ideo ubi aliqua mea in eo verſatur utilitas, neque cuiuſquam alterius ius læditur, licet mihi ſermonem ita formare, ut diverſum ab eo, quod in animo voluo, exprimat. Atque hanc tutam ab omni inſulto opinionem dicit Puffendorfiani Syſtematis Patronus Barbayracius (4).

Quæ ſane ſententia a communi abhorret gentium opinione, quæ vel ex communi tacito conſenſu, ex contractu ſcilicet innomina-

na-

(1) Offic. 3.
(2) Lib. 8. de Form. p. 711.
(3) Lib. 1. cap. 10. §. 5.
(4) In Adnot.

nato, ut cenſent aliqui *Do veritatem, ut præſtes fidem*, obligatio inducta putatur in utroque, in altero ſcilicet exprimendi verbis, quod in mente eſt, in altero præſtandi fidem dictis. Vel, ut docent alii, natura dictante: Religione uterque ducitur, & dicendi, quod interius tenet, & ſentit, & credendi, quod auditur: atque id ut ſervetur in republica tranquillitas, ſimplicitas videlicet in dictis, fides in contractibus, ſinceritas in negotiis peragendis: quod ſi hæc locum non habeant, qui tutus ero? timor undique, ſuſpicio, anxietas. Neque illud ſufficit, quod in eo caſu tantum mihi aliter loqui fas erit, quum damnum alteri non inferam; redit enim quod ſupra diximus, ſi nulla vi urgeor, nullaque cogor obligatione ad aperiendum, quod vere intus ſentiam, cur bonum meum alterius bono præferam? cur cum bonorum meorum iactura, non reipublicæ, non communitatis, ſed alterius mei ſimilis, rem aperire tenear?

Nullo vero modo illi ſuffragatur quod ſubdit §. VII. quod confunderetur Ius naturæ cum Morali Theologia: *Theologiæ Morali*, inquit, *non ſufficit exteriores hominis mores utcumque ad decus compoſuiſſe, ſed in eo ma-*

maxime laborat, ut animorum motus interni ad placitum Numinis fingantur, & illas ipſas actiones improbat, quæ extrinſecus quidem rectæ ſe videntur habere, ab animo tamen impuro promanant: Quippe, ut recte Leibnitius (1): Ad Philoſophum moralem, atque ad Naturalem Theologum ſpectat etiam cura internorum, quod & ipſe fatetur Puffendorfius (2) cuius verba perpendenda propono: *Quicumque librum meum de iure naturæ, & gentium non ſolo calumniandi animo inſpexit, facile deprehendit, mihi præcipue propoſitum fuiſſe, officia hominum erga ſe invicem tradere, & quid iuris inter homines mutuo exerceatur: cui fini nullum commodius principium aſſumi, quam ſocialitatem poſſe in aprico eſt: & eam ob rem caput de Religione naturali in eo libro nuſpiam extat: hoc quippe conſectarium eſt Doctrinæ naturalis de Deo, quam alii ad philoſophiam primam referunt, alii peculiari diſciplinæ ſub vocabulo Theologiæ naturalis adornant, eoque nativam veluti ſedem in diſciplina iuris naturalis non ſortitur; ſed quum poſtea in uſum iu-*

(1) Epiſt. Cenſ. Num. 11.
(2) In Specim. Contr. cap. V. §. 25.

ventutis officia hominis, & civis iuxta legem naturalem in compendium redigenda forent, caput de religione naturali ex illa, ſive theologia naturali, ſive philoſophia prima mutuo ſumpſi, & in eum libellum tranſtuli.

Hæc, quam ex Puffendorfio modo retulimus reſponſionem, ex Leibnitii apta, ſapientique animadverſione cadit, refelliturque prudenter (1) dum ob oculos ponit: *Quod in ſcientia iuris a divina iuſtitia tamquam fonte humanam, ut plena ſit derivari convenit: Notio certe iuſti non minus, quam veri, ac boni etiam ad Deum pertinet: immo ad Deum magis tamquam menſuram cæterorum: communeſque regulæ utrique in ſcientiam cadunt; & in iuriſprudentia univerſali tradi debent, cuius præceptis etiam Theologia naturalis utetur* (*a*).

Canon V. Illud itidem eſt animadvertendum: Num Principium ſtatutum Univerſale ſit; hoc eſt, num ex præiacto Principio cæteræ pleno fluant alveo inde deductæ illatio-

(*a*) Habes hinc Chriſtiani Thomaſii quoque reiectum ſyſtema, qui Iuris naturalis fundamenta iuxta hypotheſes Puffendorfianas ſe ieciſſe ſcribit.

(1) Epiſt. Cenſ. §. XII.

tiones, ne a tignis pendeant, ac ſint longe petitæ.

Canon VI. Nec minus attendatur oportet, num id, quod ut iuris fundamentum ſtatuitur adæquatum ſit, atque ultimum, quo cætera innitantur, nec ipſum alio, cui innitatur, indigeat. Utroque canone hoc Cumberlandi (a) & Heinecii, Syſtemata ab eruditis reiiciuntur, quamvis videantur prima fronte ſatisfacere.

In mutua mortalium erga ſe Benevolentia fun-

(a) Londini a ſalutiferæ Incarnationis anno 1622. humili genere natus eſt Richardus Cumberlandus. Cantabrigiæ philoſophicis, & mathematicis diſciplinis operam dedit non ſine Doctorum illorum plauſu. Scripſit de numis, ponderibus, & menſuris Iudæorum, contra quod opus Eduardus Bernard tractatum de menſuris, & ponderibus antiquis fœliciori ſucceſſu edidit. Vulgavit quoque Cumberlandus hiſtoriam Phœniciæ, & opus de Origine anquiſſima Gentium. Summo in honore habita fuit ab univerſo litteratorum cœtu Diſſertatio de Legibus naturæ, in qua elementa Philoſophiæ Hobbeſianæ refellenda ſuſcepit: in lucem opus hoc dedit Londini in Anglia 1672., quo anno Londini Sanorum in Svecia Samuel Puffendorfius facultatem de iure naturæ publice docebat, qui Cumberlandi Diſquiſitionem maximi habuit, & in pluribus ab ipſo non receſſit. Barbayracius eam gallico idiomate anno 1744. cudit.

ſundamentum iacit Cumberlandus, ex eo ductus, quod nullus ſit, qui Amorem huiuſmodi non experiatur; at illam dicimus alicuius rei cauſſam, qua poſita habetur effectus, qua ablata effectus non exiſtit, ſi huiuſmodi mutua intellecta benevolentia humana fœlicitas conſurgit, illa non intellecta corruit; humanam fœlicitatem in huiuſmodi benevolentia mutua ſitam oportere eſſe concludit,

At præterquamquod ſuſpecta mihi ſemper fuerit illa, qua Cumberlandus hoc loco utitur argumentandi methodus, quam fuſe reiecimus in noſtris Diſquiſitionibus Critico-philoſophicis (1) anno 1781. æditis, quum ex ea inferri non poſſit fundamentum potius eſſe, an conditionem neceſſariam ad rei alicuius exiſtentiam, ſi ad mutuam ipſam Benevolentiam, qua de ipſi ſermo eſt, animum adiiciamus, nec ipſa ultimum Iuris naturæ fundamentum erit: Etenim Benevolentiam, quam quiſque in corde perſentiſcit ad ſenſile eſt; & ſi hoc duce agendum ſit, alter bonis, honoribus, fœlicitatibus, ut his ipſe diteſcat, & fruatur alterum exuat: neceſſe erit: actum itaque erit de regulis iuſti, & honeſti: quum ad

(1) §.V. *Ea eſt Vera alicuius effectus Cauſſa &c.* p.43.

ad delectabilia magis, quam ad honeſta rapiamur.

At cupiditates haſce, inquiens, immoderatas extra iuſti, honeſtique leges excurrentes Lex naturæ corrigit, ac moderatur. Sapienter quidem: & ego aſſentior: Verum aliis legibus, non mutua ſtatuta benevolentia dirigetur Natura. Benevolentiam mutuam, mutuamque erga homines charitatem, quam Deus præcipit, neceſſaria omnino eſt, ut fœlicitas haberi poſſit, at non unicum ipſius fundamentum, nec ſub experimento in omnium ſaltem animo cadit, ſed Deo iubente, & quia ipſe iubet, in ea exercemur, alioſque diligimus. Quod ſi demus hanc naturæ legis fundamentum eſſe, ea ſane nec unicum, nec primum erit: ante ipſam præeat oportet charitas erga Deum: indidiſſe oportuit Deum amorem prius erga ſe, dein mutuam erga alios æquales benevolentiam.

Non abſimili fundamento Heinecianum de iure naturæ nititur Syſtema: Deum lege naturæ ad Amorem nos obligare, eumque amorem principium iuris naturæ, & veluti compendium eſſe, ſtatuit Heinecius.

Difficultati vero contra Cumberlandum modo expoſitæ, quæ & in ipſum militat, occur-

rens-

rens Heinecius, Iuris, inquit (1), fundamentum, amorem eſſe, quo Deum amore Devotionis: Nos amore Amicitiæ: Alios quoque, ut pote æquales Amicitiæ itidem amore eſſe diligendos: Perbelle ſane, atque utinam triplici hoc amore dirigamur. Nihil ſane ſine amore a mortalibus fit: at num ex inordinato amore fiant, hoc opus, hic labor eſt, ut explicemus. A pravis concupiſcentiis illectus mortalium animus, atque cupiditatibus abſtractus ad ſenſilia tendens a Deo recedit, atque ab honeſto ut plurimum, ut placentia, atque ſibi utilia ſequatur, quæ ut coerceantur, atque ad recti, iuſtique normam dirigantur, addidiſſe debuerat Heinecius, in mortalium mentibus, Veri, Rectique ideas, quibus oculos claudere etiam volens homo non valet, itemque inclinationem quandam ad Bonum amplexandum Deum impreſſiſſe: ex quo mancum a nonnullis huiuſmodi Syſtema habetur.

Neque ab huiuſmodi vitio ſeſe expedit Chriſtianus Wolffius, ut ut ingenioſe nodum ſtudeat enucleare. Ipſius namque Iuris principium eſt: Quæ te, ſtatumque tuum perfectiorem efficiunt, facito (2): Quum igitur bo-

(1) Lib. 1. Elem. Iur. Nat., & Gent. cap. 3. §. 79.
(2) §. 340.

bonis perficiamur, & malis deteriores evadamus, proſequitur ipſe, hinc Naturæ lege tenemur bona proſequi, atque mala averſari: atque hinc minora mala, ait, ſi cum maioribus conferantur, bona dici debent, & minus bonum cum maiori collatum, erit malum, ut bonum totius corporis, quia maius eſt bono partis, eſt præferendum.

Officia erga Deum, & homines inde deducit, quod quum contingentes ſimus, & noſtri conſervatio ab Omnipotenti Deo pendeat, qui & pœnas infligere, & prœmia largiri valet, noſtrum exigit obſequium: & quum nos nobis ipſis ſufficientes in omnibus non ſimus, aliorum egemus auxilio, eoſque propterea æquum eſt diligere.

At primo de quo ſtatu ſermo ſit non aperit Wolffius: De ſtatu ne præſentis vitæ, an de futuro? Quandoque enim Iuſti in hac vita anguntur, eorumque ſtatus ærumnis plenus eſt, & imperfectus; at ſi aliam vitam reſpiciamus præſentes ærumnæ ipſæ, & calamitates illum reddent fœliciorem: Impii contra fruuntur ſæpe in hac mortali vita bonis, eorumque præſens ſtatus perficitur; at futurus infelix erit: Si igitur potius futurus ſtatus, ut pote æternus reſpici debet, Fide
id

id tenendum, non ex iactis fundamentis rite colligi poteſt: Si vero de hoc vitæ ſtatu id per ipſum intelligi debet, licebit ne mihi occultas alteri inſidias tendere, ex quo illæ meum perficient ſtatum? Venena parabo, alienas fortunas clangulum ſurripiam? Neque clarum, ſed incertum eſt univerſe diſcerniculum ab ipſo propoſitum, quod ſcilicet quæ perficiunt ſtatum Voluptatem animi, & Lætitiam inducunt: Mœrorem contra, & Triſtitiam, quæ imperficiunt: æger ſane angitur ut plurimum, triſtatur, conqueritur de medicinis, de ſui corporis partium ſectione &c., quæ omnia ſtatum ſuum ut perficiant Ars de induſtria operatur: & ii quibus callum longa conſuetudo obduxit ſceleribus, non modo triſtitiam in iis perpetrandis non patiuntur, ſed flagitiis perfruuntur, ut de Caio Caligula narrant hiſtoriæ. Tandem Voluptas iſthæc, vel Triſtitia, quæ ut Criterium ab ipſo ſtatuuntur, comitantur ſane naturæ fœlicitatem, non fundamentum erunt, vel Fundamenti diſcerniculum Iuris Naturæ, quod univerſale, pro omni ſcilicet ſtatu, in quo Natura conſideratur, ſtatui debet: ut contra Puffendorfium diximus.

Aperte tandem ex hoc fundamento non in-

inferuntur, neque officia erga Deum explicantur; nec erga homines; quod quum Wolffius ipſe noverit, non ab illo, ſed Prima ex Conſervatione qua indigemus, quæque nonniſi ab omnipotente Numine eſſe poteſt: Alia erga homines ſcilicet officia ex eo infert, quod aliorum ope indigemus, ut ipſemet clare docet.

Nullus ſane ex huc uſque allatis Auctoribus propius, meo iudicio, ad rem acceſſit, quam Guillielmus Vollaſtonus, Anglus (ſi σφάλμα, quod de Revelatione docuit, excipias). Hic nempe exponit, ac ex ſuis ipſis actibus demonſtrat hominis Libertatem, quæ ut rectam inſiſtat viam certis regulis indiget: Has eſſe normam Iuſti, & Honeſti: Veri & Falſi, quam effera quoque Gens habet, atque ad illam inclinatur. Huiuſmodi normam relationibus quibuſdam ineſſe, quæ nos ambiunt, antecedunt, conſequuntur, & reſpectu noſtri in nobis ſunt: non ſecus ac in Mundi huius machina ordo, ac relatio unius partis ad aliam Univerſi efficit pulchritudinem, qua corruente, omnis corrueret Orbis conſonantia. Relationes haſce Veritates reales ipſe nominat. Veritas igitur realis eſt naturalis, atque omnibus omnino inſita: atque hæc

hæc Prima, & Suprema omnium actuum regula eſt.

Pergit deinde & Revelationem Religionis Utilem quidem eſſe docet; at non Neceſſariam: ſatis enim putat eſſe Naturalem tantum Legem, & Religionem, in quo ſane cum Thindal ſentiens, maxime errat: Enim vero ſi ad Dei Bonitatem, Divinumque erga homines amorem attendiſſet Vollaſtonius, & cum eo Sikes, & Mortalium Naturam poſt lapſum Originis in Naturalibus ſauciatam, & Neceſſitatem Religionis Revelatæ, & nullum medium ac ſublimius ad beate vivendum, finemque ultimum aſſequendum agnoſceret, & fateretur. Poſt originis enim lapſum, quis mortalium negaverit, homines ſenſilibus illectos rebus, atque internis cupiditatibus, a divinis legibus humanæ menti inſculptis diſſentire? ab effrœna igitur ſenſuum libidine poſt originis labem infuſcata Ratio, & Voluntatis vires afflictæ in cauſſa non raro ſunt, ut miſeri nos, ac genus ærumnoſum, aut quod rectum eſt, minime dignoſcamus, aut melioribus obiectis cognitis, probatiſque, ſequamur tamen deteriora: liquet id plane ex Ethnicorum hiſtoriis, in quibus cuiuis licet deprehendere, ipſos lumine quidem naturæ Numen aliquod eſſe

debere facile in animum inducebant, niſi verius inſitam animis mortalium ideam Numinis agnoſcebant; at offuſæ rationi tenebræ, cupiditatibus irretita Voluntas eo miſeros deducebat, ut Deorum loco ne dum animalia fœdiora, ſed ſtipites, ſed Allia, ac Cœpas haberent, & colerent: & ſingulis ſcelerum generibus ſingula Numina præficerent: abigenda itaque fuit ſuperno Revelationis lumine humanæ mentis caligo tam ſpiſſa, ut fluctuans, atque ægra Voluntas exteriore, atque interiore gratia ad bonum alacriter ſequendum invitanda: Hæc autem paucis complexus eſt Lactantius (1) *Doctrinam Dei, inquiens, ſequimur, qui ſcire ſolus poteſt, & revelare ſecreta, cuius doctrinæ Philoſophi expertes exiſtimaverunt naturam conjectura poſſe comprehendi, quod nequaquam fieri poteſt, quia Mens hominis tenebroſo corporis domicilio circumſepta longe a Dei perfectione ſubmota eſt..... unde nobis aliquo lumine opus eſt ad depellendas tenebras, quibus offuſa eſt hominis cogitatio.... Lumen autem mentis humanæ, Deus eſt, quem qui cognoverit, & in pectus admiſerit illuminato corde my-*

(1) Lib. 3. Inſtit.

myſterium veritatis agnoſcet; remoto autem Deo, cæleſtique doctrina omnia erroribus plena ſunt. Hæc innuiſſe ſit ſatis. Qui plura velit adeat Cl. Foſterum (1).

Canon VII. Fœlicius procedunt, & clarius, qui Ius Gentium a Iure Naturæ diſtinguunt, quam qui utrumque unum, idemque eſſe aſſeverant. Equidem unum ab altero multipliciter diſcrepat, ſi utriuſque Definitionem, Auctorem, Obiectum inſpiciamus. Definitio Iuris Naturæ ita ſe habet: Præcepta Mortalium cordibus indita, quæ ſimplici rationis lumine inſpecta, quid faciendum ſit, quid cavendum Mortales docent: Iuris autem Gentium definitio longe alia traditur: Conventio ſcilicet libera Gentium diuturnis moribus inducta ad maius Nationum omnium commodum. Naturæ Ius Supremum Numen habet Auctorem: Ius vero Gentium Nationes ipſæ condiderunt, ſe ſe tacite, ſeu ex actibus ipſis mutuo obligantes. Ius Naturæ munia reſpicit erga Deum, erga Seipſum, erga Proximum obeunda: Ius Gentium vero Populorum utilitatem, atque commoditatem.

Porro hic ad rem clarius explicandam no-

(1) De Veritate Religionis.

tandum eſt: Ius Gentium quamvis in Populorum conventione ſitum, fundari tamen in peruulgato illo Naturæ Iuris Principio: ***Fides data eſt ſervanda***: quare licet ante conventionem nulla fuerit obligatio Commercii exempli cauſſa, Contractus, Acceptandi Legatos, eos nullo pacto laedendi, ut ut inter populos bellum exardeſcat; ſi tamen de his inter ipſas convenerit, ſtandum conventioni, ac data Fides ſancte ſervanda.

Neque ex hoc confici poteſt Ius Gentium, quod in Iure Naturæ fundamentum habet ad ipſum pertinere, atque ut illud, ita & hoc Immutabile eſſe: Etenim ſi rite intelligatur illud Iuris Naturæ Principium, oppoſitum ſane inferri debet: ſiquidem Fides data ſervanda eſt ab utraque parte: nec altera poteſt recedere alterutra diſſentiente: conſentiente utraque omnis evaneſcit obligatio: atque hinc licet immutabile ſit Iuris Naturæ Pronunciatum: mutabile erit inde orta Iuris Gentium obligatio.

Ius Gentuim & Conſuetudinem idem eſſe fruſtra dicet quis, Etenim illud omnium omnino Gentium commodum reſpicit, Hæc vero Reipublicæ utilitatem: ex quo nullus non intelliget potiori iure a Civili differre, non

mo-

modo, quod Ius Civile ad peculiares Communitates dirigendas ſtatutum eſt, quod contra eſt in Iure Gentium: ſed etiam quia a Principe illud eſt, & ſcriptum: hoc a Gentibus convenientibus, & per actuum exercitationem.

Non negaverim plura non ſatis clare dignoſci poſſe ad quodnam Ius pertineant Naturæ ne, an Gentium; Verum ad Gentium Ius pertinere noſces, ſi maius commodum, maioremque Nationum utilitatem ex illis actibus haurient Populi, ſalvo Iuris Naturæ fundamento: Convenientia vero Præceptorum, quæ Deus in mortalium cordibus impreſſit cum internis, externiſque actibus ad Ius Naturæ.

Illud denique notatum volumus facillime Samuelem Puffendorfium quæ ad Ius Gentium alii pertinere docent, ad Ius Naturæ referre ex ſuo Socialitatis Principio, quam ob rem quidquid felicem turbat Socialitatem, quidquid illam fovet, augetque ad Ius naturæ revocare ſtudet: Verum qui alia ab ipſo Iuris Naturæ fundamenta noſcunt, utrumque Ius diſtinguendum decrevere.

CAPUT III.

De Theologia, & Theologis.

SI Theologiæ nominis ethymon univerſe ſpectemus idem ipſum ſonat, ac de Supremo Numine Sermo: Θεος enim græce *Deus* latine λογος *Sermo*: Preſſius vero ut in ſcholis præſertim uſurpari conſuevit, Facultas eſt, quæ de Dei Exiſtentia, Natura, Proprietatibus, nec non de rerum ab ipſo conditarum Dominio, Providentia &c. inquirit, eaque omnia quantum humana imbecillitas fert, contemplatur, & explicat.

Iam quum iſthæc naturæ viribus aſſequantur homines, vel quod Univerſi huius adſpectabilis machinam contemplantibus eius diſpoſitionem, atque ordinem ſane mirabilem Numinis exiſtentiæ ſpecies facile obiicitur (*a*), vel

(*a*) Communis Philoſophorum, Sexti ſcilicet Empyrici (1), Epitecti (2), Aſclepii (3), Dionis

(1) Lib. 8. adverſ. Mathem.
(2) Apud Arrianum Lib. 1. cap. 6.
(3) In 1. Metaphyſ.

vel quod Deus ipſe hominum mentibus ſuimet ideam indiderit, eiuſmodi Theologia, quippe quæ naturæ lumine comparata, Naturalis Theologiæ nomen obtinuit.

Quum vero hæc eadem & penitiora alia, ac longe ſublimiora exRevelatione, & Fidei Principiis differuntur, Supernaturalis Theo-

nis Chryſoſtomi (1), Plotini (2), Plutarchi (3), Zenonis (4), Tullii (5), & ne longior ſim, aliorumque, præſertim Ariſtotelicorum, & Sanctorum Eccleſiæ Patrum, Theophili Anthiocheni (6), Chryſoſtomi (7), Baſilii (8), Nazianzeni (9), Nyſſeni (10), Auguſtini (11), opinio ferat, Supremi Numinis ſpeciem a mortalibus comparari ex rerum ſenſilium exiſtentia; Renatus tamen Carteſius ingenitam nobis eſſe aſſeruit, atque probare ſtuduit (12), quod & alii poſt ipſum docuere.

(1) Orat. 12.
(2) Ennead. 6. Lib. 7. cap. 35.
(3) Lib. De Tranquillitate animi.
(4) Apud Laertium in Vita Zenonis Lib. 7.
(5) Lib. De Natur. Deor., & Lib. 1. Tuſcul. Quœſt.
(6) Lib. 1. ad Autol.
(7) Hom. 3. in epiſt ad Rom.
(8) Hom. 11. in Hexam.
(9) Orat. 34.
(10) Dialog. de Anima.
(11) In Pſal. 73.
(12) Medit. 3., In Reſp. ad ſecundas obiectiones.

logia, qua de Sermo in præſenti nobis eſt, nominatur.

Supernaturalem porro Theologiam hanc, quæ ſuam dignitatem, ac firmitatem ex Revelatione, ac Fidei Principiis, quibus tota quanta eſt nititur, haurit, vel in primo, quem Deus condidit homine extitiſſe Theodoretus oſtendit (1), & Genebrardus (2), quod quum indubium ſit, ſupervacaneum duco, id pluribus probare: ex Adam quippe filios, ex aliis Patriarchis Nepotes Religione, Sacrificiis, Ritibus, aliiſque ad divinum cultum pertinentibus, ut a Deo acceptis, imbutos fuiſſe aperte in ſacris litteris habetur: Deum ſane per Moyſen oblationes holocauſta ceremonias ritus aliaque ad divinum cultum ſpectantia in quinque præſertim libris, quos a Moyſe ut communis Interpretum ſententia ſcriptos tenet, quique Pentateuchum nominantur liquido conſtat, & Clemens Alexandrinus explicat pluribus: *Moſayca Philoſophia* (3), inquit, *Quadripartito dividitur, & in partem hiſtoricam, & eam quæ proprie vocatur Legitima, quæ quidem eſſet mora-*

(1) De Curan. Græc. affect.
(2) In Chronograph. per ſing. ſæcul.
(3) 1. Strom.

ralis actionis propria: Tertiam autem eam quæ pertinet ad ſacrificia, quod quidem eſt naturæ contemplationis: & poſtremo quartam ſpeciem Theologicam, quæ eſt ſuprema contemplatio, quam dicit Plato eſſe revera magnorum Myſteriorum. Et iterum (1) *Clarum eſt ergo omnes alias virtutes, quæ ſcriptæ ſunt apud Moysen Græcis principium totius Moralis præbuiſſe.*

Quam a Deo acceperunt Adam, & Patriarchæ illibatam, integramque Iſraelitæ ſervarunt legem ad Malachiam uſque ultimum Prophetarum. Poſt Malachiam Hebræorum doctrina infuſcari cœpit, atque infirmari ex vanis, falſiſque Phariſæorum, Scribarumque traditionibus (*a*), auctore Ioſepho (2) *Nunc enim*

(*a*) Phariſœi ſic dicti qui veſtibus, moribuſque a cæteris diſtinguebantur: ſuperſtitiones, & peculiaria quædam, ſed ridicula ſigna in veſtibus invexerunt, ut Dalmaticæ, latiora quœdam Philacteria, malogranata ad veſtium oras ſuſpenſas. Scribæ traditiones ſuas ex Moyſe, Alciba, & Aſmonœis derivabant, & quum ipſis leges interpretari datum eſſet, fabuloſa plura cum veris præceptis immiſcebant. Sadducæi contra a Sacerdote Sadoc ſic dicti non

(1) 2. Strom.
(2) Lib. 13. cap. 18. Antiq. Iudaiç.

enim iudicandum eſt, inquit, *quo multas conſtitutiones a maioribus per manus acceptas Phariſæi tradiderint populo, quæ non ſunt ſcriptæ inter leges moſaycas, & ideo Sadducæi his auctoritatem abrogant dicentes, oportere eas tantum ſervare, quæ ſcripto continentur; atque hinc magna inter utroſque exorta eſt controverſia.*

Ab adventu Chriſti Domini, quæ in Veteri Teſtamento obſcura erant, & per figuras tradita, aperta fuerunt, & enucleata: Hæc Chriſtus Dominus hebræos, & Apoſtoli univerſum terrarum orbem docuerunt.

Aucto dein Gentium, & Hebræorum numero qui chriſtianam fidem amplexari cupiebant, Catecheſes, ſeu Eccleſiaſticæ Scholæ, in quibus per gradus (*a*) chriſtiana dogmata

non traditiones modo reſpuebant, ſed ſolum ex ſacris libris Pentateuchum admittebant, alioſque errores, quos Epiphanius refert (1). De his fuſe agunt Baſnagius (2), & Sigonius (3).

(*a*) Catechumenorum tres erant gradus: Primi Audientes dicebantur, ut pote qui in Templi porticu exiſtentes concionem, & ſcripturæ lectionem au-

(1) Hæreſ. 18.

(2) Hiſt. Iudaic. Lib. 2. cap. 14.

(3) De Republ. Hebræor.

ta explicabantur, opportune ſunt inſtitutæ: hiſce præerant Viri omni doctrinarum genere florentiſſimi. Catecheſium omnium, quæ ætate S. Marci erectæ fuere, celeberrima fuit Alexandrina, teſte Euſebio (1), cui ſæculo ſecundo præfuit Pantænus ab omni diſciplinarum genere Clariſſimus; *Per idem tempus*, inquit Euſebius (2), hoc eſt ſæculo ſecundo, *Fidelium Scholæ præerat Vir doctrinæ cauſſa celeberrimus nomine Pantænus: quippe iam inde a priſcis temporibus ſacrarum litterarum Schola in eadem civitate Alexandrina fuerat inſtituta, quæ quidem noſtra ætate adhuc perſeverat.* Poſt ipſum eius Auditor Clemens Alexandrinus de quo Hieronymus (3) *Feruntur*, ait, *eius inſignia volumina plenaque eruditionis, & eloquentiæ tam de Scripturis Divinis, tam de Sæcularis litteraturæ inſtrumen-*

audiebant; Catechumeni proprie dicti, qui Baptiſmo dilato, in Eccleſiam nondum admiſſi erant: ex his ſelecti *Competentes* dicti, quos etiam *Electos* appellat S. Leo Magnus (4) Baptiſmum recipiebant.

(1) Hiſt. Eccl. Lib. 2. cap. 15. & 18.

(2) Hiſt. Eccl. Lib. 5. cap. 10.

(3) De Script. Eccleſ.

(4) Epiſt. 4. cap. 5.

mento. Caſaubonus (1) Inexhauſtæ doctrinæ virum appellat: Virum ſanctitate, & omnimoda eruditione præſtantem eum nominat Blondellus (2). Præclare de ipſo loquuntur Euſebius (3), Du-Pin (4), Guilielmus Cave, qui eius opera refert (5) (*a*). Ab hoc Origenes, qui Clementem audiverat, idem obiit Alexandriæ munus, quod ad ſæculum uſque quartum factum eſt, ut ex S. Hieronymo clare eruitur, *Qui ſine cauſſa*, inquit (6), *Gregorium Nazianzenum & Didymum in Scripturis ſanctis Catechiſtas habui*. Nulli non notum Origenis ingenium: Ipſe enim Adamantius, auctore Photio dictus fuit, eo quod eius ſermones Adamantis inſtar fortes eſſent & validi, vel quod erroribus fortis obſtiterit, ut Adamas, ut inquit Hieronymus, vel tandem quod laboribus, & ſtudio obduratus, ut

(*b*) Titus Flavius Clemens (vel a Patria, vel ſi Athenienſis ut aliis placet), Alexandrinus dictus fuit, quia diu Alexandriæ eſt commoratus.

(1) Exercit. 1. in Bar. Appar. par. 2.

(2) In Apolog. pro ſentent. Hieron. de Epiſc., & Presbyt.

(3) Præparat. Evang. lib. 1.

(4) Bibl. Eccl.

(5) Bibl. Univ. tom. I.

(6) Apolog. ad tomn.

ut Adamas eſſet. *Vir tantæ eloquentiæ fuit*, ait Sixtus Senenſis (1), *eruditionis*, *& ingenii*, *ut huic parem doctiſſima Græcia fœliciſſimorum ingeniorum parens numquam habuerit*. Euſebius ſane qui eius operum catalogum confecit, item Epiphanius, & Ruffinus ad ſex millia perveniſſe dicunt. S. Hieronymus licet eius errores acriter refellat, *Sacrorum tamen omnium Expoſitorum Victorem nominat*. Plura qui velit adeat præter Dallaeum (2), & Du-Pin (3), Cl. Huetium, qui eius Commentaria in Sacram Bibliam, & Vitam edidit. Digna quoque eſt quæ legatur Diſſertatio ingenioſiſſima Ioannis Pici Mirandulæ Comitis (4) de Origene.

De Gregorio Nazianzeno hic dicere ſupervacaneum putamus, quum eius Doctrina ex operibus cuilibet aperta ſit.

Mirum ſane eſt quod de Didymo ex Hieronymo refert Ioannes Ionſius (5) *Didymus*, ait, *Alexandrinus Eccleſiaſticus a puero oculis orbatus Poeticæ*, *Rethoricæ*, *Arithmeticæ*, *Geo-*

(1) Bibl. Sanct.
(2) De Uſu Patr. Lib. 1. cap. 1.
(3) Biblioth. Nov., ſeu Eccleſiaſt.
(4) In Apolog. Quæſt. 7.
(5) De Script. Hiſt. Philoſoph. Lib. 3.

Geometriæ, & Doctrinæ Syllogiſmorum Ariſtotelis, atque eloquentiæ Platonis, μαθήματα aurium adiumento didicit, teſte Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Theodoreto Hiſtor. Eccleſ. 4. 29. . . . Scripſit Librum de Sp. Sancto, quem Hieronymus in latinum ſe vertiſſe teſtatur; quique inter Hieronymi opera etiamnum legitur. In eo de Sectis ſe ſcripſiſſe indicat Dydimus . . . Theologicum fuit opus neque de Sectis Philoſophorum, ſed Chriſtianorum egit.

Toti erant Catechiſtæ in demonſtranda Fidei Chriſtianæ veritate, ac neceſſitate contra Gentes, & Hebræos, ut Origenem libris Octo *contra Celſum* (*a*) inſcriptis feciſſe novimus: Gentium item & Hebræorum argumenta diluere, atque eos qui Chriſtianæ Militiæ nomen darent Sacras litteras docere, atque Fidei myſteriis imbuere. Quod ſi quid apertum non eſſet, ſed dubium iuxta Traditionem, ut clare inquit S. Irenæus (1) ſolvebatur: *Si quibus*, ait, *de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apo-*

(*a*) Opus Celſi Epicurei inſcribebatur *Sermones Veri*.

(1) Lib. 3. c. Her. cap. 3.

Apoſtoli converſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & liquidum eſt? Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant Eccleſias?

Hac ſane ratione in Theologica facultate Præceptores proceſſiſſe ad ſæculum uſque Quintum puto: atque in hanc ſententiam ducor ex eo, quod ex tot tantiſque doctiſſimis viris, qui quinque primis Eccleſiæ ſæculis floruerunt, nullus Univerſæ Theologiæ tractationem in ordinem digeſſerit, quæ ſaltem ad nos pervenerit, unum ſi excipias Origenem, qui *Primus*, inquit Du-Pin (1) *Theologiæ Syſtema quoddam in opere, cui titulus περὶ ἀρχῶν, ſeu de Principiis, aggreſſus eſt: ſed conatus hic novus*, ſubdit, idemmet Du-Pin, *fœlici caruit ſucceſſu: Auctor enim hic ingenio indulgens, dum Doctrinam Chriſtianam principiis Philoſophiæ Platonicæ accommodare ſatagit, pluribus ſe ſe irretivit erroribus, qui poſtea memoriam, & æſtimationem nominis eius deturparunt*. Alii vero ut ſe ſe dabat oc-

(1) In Method. Diſcend. Theolog.

occaſio, vel neceſſitas urgebat, Gentes, Hebræos, vel Hæreticos redarguendi, calamos, non ſine fœlici exitu acuebant: Sic de Quadrato, & Ariſtide in Euſebio (1) legimus: *Quadratus diſcipulus Apoſtolorum, & Ariſtides Athenienſis noſter Philoſophus Libros pro Chriſtiana Religione Adriano dedere compoſitos, & Serenius Granius Legatus vir apprime nobilis litteras ad Imperatorem mittit, iniquiſſimum eſſe dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi: Commotus Adrianus Minuto Fundano Proconſuli Aſiæ ſcripſit, ſine obiectu criminum, Chriſtianos non condemnandos, cuius epiſtola uſque ad noſtram memoriam durat exemplum*. Athenagoras item præter Apologiam pro Chriſtianis, ſcripſit de Reſurrectione Mortuorum Tractatum (*a*), quem latinum fecit Henricus Stephanus: Duas quoque Apologias Iuſtinum Martyrem vulgaſſe refert Suidas: Parænesim ad Græcos, Dialogum item cum Triphone, & Librum de Monarchia Dei, ut indubios eiuſdem Iuſtini fœtus habet Guilielmus Cave, in quibus, mira eruditio elucet, & Philoſophica ſubtilitas.

tas.

(*a*) Extat in Biblioteca Patrum.
(1) In Chron. pag. 76.

tas. Ammonius Saccas Librum dedit de Conformitate Moyſis cum Ieſu Chriſto, & Monoteſſaron, Evangeliorum ſcilicet Harmoniam (a). *Septem libros*, teſte Hieronymo (1), *adverſus Gentes Arnobius edidit, totidemque diſcipulus eius Lactantius*, qui ſæculo quarto floruerunt: Sæculo quarto labente, & quinto Hieronymus, & Auguſtinus hæreticos aggreſſi ſunt: Primus Montanum ſcilicet, Helvidium, Iovinianum, Vigilantium Pelagium: Alter Manichæos, Arianos, Donatiſtas, Pelagianos, alioſque. Item Gentium errores Theodoretus opere inſcripto de Curandis Græcorum affectionibus.

Ex hiſce igitur quos nominavimus, aliiſque, quos brevitatis cauſſa, omiſimus, nullus de univerſa ſcripſit Theologia, nec Theologicam ſtatuit docendi methodum ad Iſidorum Hiſpalenſem ſæculo ſexto, qui Poſitivæ Theologiæ veluti Breviarium ſententiis S. Gre-

G go-

(a) Sunt qui putant *Monoteſſaron* idem opus eſſe ac *Diateſſaron* Concordantiam Evangeliſtarum, a Tatiano Syro S. Iuſtini auditore ſcriptam, qui Tatianus Roma in Orientem rediens in Valentini, Marcionis, & Saturnini errore prolapſus a Fide Orthodoxa defecit: contra quem ſcripſit Apollinaris Hieropolitanus, Clemens Alexandrinus, aliique.

(1) Epiſt. 84.

gorii Magni contexuit, atque aliqualem ſervavit viam docendi, ac rationem, quod idem egit Leontius Cyprius, qui ex Patrum auctoritatibus Locos Theologicos in ordinem digeſſit, quos ſæculo VII. Taio Cæſarauguſtanus Epiſcopus eſt imitatus, qui tamen in quinque libris ab ipſo datis de Deo, diviniſque Proprietatibus, de Verbi Incarnatione, de Paſtoribus, de Ordinibus, de Virtutibus, & Vitiis agens non auctoritate tantum, ſed verbis ipſis S. Gregorii Magni, quæ exponit, probat, ac firmat.

Florentiſſimi extitere Viri ſequentibus ſæculis, qui non tam Theologica Facultate, quam in exponendis, interpretandiſque ſacris Scripturis toti fuerunt: at idipſum non proprio marte, ſed aliena SS. Patrum cogitata congerendo in unum, exemplo Procopii ex Gaza, qui omnium primus ſæculo VI. id præſtiterat, contexebant Sanctorum Patrum Catenas, (ita enim inſcribebant opus), ut Iulianum Toletanum feciſſe ſcimus, & ſæculo VIII. Bedam, & poſt ipſum eius Auditorem doctiſſimum Alcuinum Flaccum Albinum, de quo: *Temporibus Pipini*, ait Voſſius (1) *& Filii eius Caroli Magni Francorum Regum claruit Flaccus*

(1) De Hiſt. Latin.

eus Alcuinus, cui cognomentum Albinus fuit... Natione hic erat Anglus a Beda primum, hinc ab Egberto Archiepiſcopo eſt inſtitutus: Docuit Carolum Magnum, ac eidem poſtea ab eleemoſinis, ac ſanctioribus conſiliis fuit: Etiam conſilio eius Carolus inſtituit Academiam Pariſianam: Latine, Græce, Hebraice callebat, atque idem erat Rethor, Philoſophus, Mathematicus, & Theologus nobilis. In Francfordienſi Concilio fortiter, acuteque contra Fœlicem, & Elipandum Epiſcopos diſputavit. Eius, quæ ſuperſunt opera (non pauca enim periere) edidit Andreas Quercetanus. Eius veſtigia preſſit Rabbanus Maurus, qui Alcuinum audierat, Vir, teſte Cave, inter litteratos ſui ævi doctiſſimus: præter alia, Origenem refellit docentem fore ut Deus Diabolos, atque impios ſalvet: Ex Sanctorum Patrum auctoritatibus Scripturam & ipſe eſt interpretatus. *Erat quippe Rabanus extra controverſiam*, Auctore Guilielmo Cave (1) *inter ſæculi ſui doctrina claros facile Princeps: Nec ipſe modo eruditiſſimus, ſed ſolis inſtar doctrinæ radios ubique ſparſit. Erat ſub eo Fuldenſe Mona-*

(1) In Hiſtor. Litter. Script. Eccleſ.

naſterium publicæ virtutis, & eruditionis ſchola; Ducentos ſeptuaginta Monachos habebat, quos non ſolum in Sanctis Scripturis, ſed etiam ſæcularibus litteris erudivit. Confluxerunt etiam ad eum aliunde diſcipuli, adeo ut ex eius ſchola prodirent, qui mox ad ſummas in Eccleſia, & Republica dignitates evecti ſunt. In ſuorum uſum Bibliothecam Fuldenſem Primus condidit, librîſque ornatam reddidit: quin & ipſe tot præclara ſcripſit volumina, quæ ſola bibliothecam inſtruere poſſent. Moguntinus dein Archiepiſcopus creatus Gotheſcalchum de Libero Arbitrio, Prædeſtinatione, & Chriſti Domini ſanguine male ſentientem damnavit.

Primus inter Græcos normam ſcholaſticæ Theologiæ octavo ſæculo dedit vir Sanctitate æque, ac doctrina eximius Ioannes a Patria Damaſcenus nominatus in Tractatu de Fide Orthodoxa, quem in quatuor libros diſtinctum putat Cl. Le Quien (*a*): Hic ipſe non ex San-

(*a*) In Primo de Deo agit, eiuſque Natura, Attributis, Diviniſque Perſonis: In Secundo de Homine, de Prædeſtinatione, Præſcientia, deque Primi hominis lapſu: In Tertio de Divini Verbi Incarnatione, de Unica in Chriſto Perſona, nec non

Sanctis Scripturis tantum, & Antiquorum Patrum doctrina, quæ proponit, probat, & firmat, ſed rationibus quoque a ſolida Philoſophia ductis, illuſtrat, ac roborat; quapropter Natalis Alexander Bellarmini opinioni ſubſcribens: *Primum ipſum Theologiam Univerſam comprehendiſſe* abſolute pronunciat (1) (*a*).

At licet facem hac in re prætulerit Damaſcenus; attamen Barbarorum incurſione, interdictum fuit, quominus eum imitaretur, ſeu ut verius dicam, litteris animum adiiceret ſtudioſa Iuventus; adeo ut vix credi poſſit, quid de huius temporis, ſeu trium ſæculorum ſpatio, ab octavo ſcilicet ad undecimum ſæ-

non de Duabus in ipſo Naturis: In Quarto reliqua proponit de Fide, de Baptiſmo, aliiſque dogmatibus ad Chriſtianam Religionem pertinentibus. Edidit hoc opus doctiſſimus Michael Le Quien ex clariſſima S. Dominici familia, in cuius præfatione plura de hoc tractatu habet (2).

(*a*) Diximus Iſidorum Hiſpalenſem, Leontium Cyprium, nonnulloſque alios ante octavum, quo Damaſcenus ſcripſit, ſæculum, de Univerſis pene dogmatibus tractaſſe; ſed Auctoritate tantum ea firmaſſe notavimus.

(1) Hiſtor. Eccleſ. Tom. IV.

(2) Num. 1. pag. 119.

culum litterarum inſcitia nonnulli referant hiſtorici: & niſi Caroli Magni (1) in Occidente, & Michaelis III. Imperatoris in Oriente litterarum amor labentibus ſcientiis proſpexiſſet, Facultates omnes, & Diſciplinæ ubique & omnino periiſſent.

Litterarum, & Religionis ſtudia obſoleverant non paucis, ait Guilielmus Malmesburienſis (2), *ante adventum Normannorum annis. Clerici litteratura tumultuaria contenti, vix Sacramentorum verba balbutiebant: ſtupore, & miraculo erat cæteris, qui Grammaticam noſſet.*

In Collectione Reginonis Abatis Prumienſis (3) mandatur, ut interrogentur Sacerdotes, *Si Evangelium, & Epiſtolam bene legere poſſint, atque ſaltem ad litteram eius ſenſum maniſeſtare.*

Novum nunc, ait Baronius (4), *inchoatur ſæculum*, (hoc eſt decimum), *quod ſui aſperitate, ac Boni ſterilitate Ferreum, malique exundantis deformitate, Plumbeum, atque ino-*

(1) Æginardus in Vit. Carol. Magni cap. 25.
(2) De Geſtis Regum Angliæ Lib. 3.
(3) De *Diſciplinis Eccleſiaſticis, & de Religione Chriſtiana.*
(4) Annal. Eccl. anno 900.

inopia Scriptorum appellari conſuevit Obſcurum.

Verum licet ob bella, & ſeditiones ſæculis Septimo, Octavo & Nono univerſe enixim ſcientiis, & facultatibus Iuventus non dabat operam; non omnino tamen deſidia emarcuit, ut deſcribere videntur laudati modo Auctores: tum quia apud Launoium legimus (1), Quinquaginta ſex floruiſſe Academias, quas ibidem diſtincte enumerat, deſcribitque, in quarum ſingulis viros eruditione, & doctrina Clariſſimos, nec paucos commendat. De ſchola vero Romana hæc habet (2): *Multis profecto æquivalent pauca illa, quibus hoc tempore ſchola Romana extra muros Urbis in conſpectu venit. Hæc autem tradit Anaſtaſius in Vita Leonis IV. Hic primum a parentibus ob ſtudia litterarum in Monaſterium B. Martini Confeſſoris Chriſti, quod foris muros huius civitatis Romanæ iuxta Eccleſiam B. Petri Apoſtoli ſitum eſt, quouſque litteras ſacras plenius diſceret, ſponte conceſſit: unde celebris fuit hæc Schola ante annum* 847., *quando floruit Leo IV.*

(1) *De Scholis celebrioribus a Carolo Magno, ſeu poſt eumdem Carolum per Occidentem inſtauratis.*

(2) Cap. 13.

Pergit deinde, & ea ſubdit (1) quæ Ludovici Pii ætate pro ſcholis erigendis ab Epiſcopis, atque Viris eruditione celebribus apud Regem acta ſunt: Quæ Carolo Calvo Regnante (2) ſuum conſequuta ſunt finem: Ipſe enim ſcholas ut inſtitueret, celebriores, doctioreſque ex omni loco advocavit Præceptores, ut iuventus omni diſciplina imbueretur. Firmat id laudatus Launoius auctoritate Henrici Antiſiodorenſis Monachi in Præfatione ad Libros, quos de Vita S. Germani Carolo inſcripſit. Conſtat ex Mabillonio, qui & ſcholas, & Academias ſemper florentes in Benedictinorum Monaſteriis extitiſſe in omni prorſus Facultatum genere a Sexto ad Decimum quintum Eccleſiæ ſæculum refert, & plurimos eluxiſſe ſemper nominatiſſimos Viros ſingillatim demonſtrat (3).

Conſtat tandem ex non ignobilibus Scriptoribus, qui ea tempeſtate contra vel antiquas, vel innovatas, vel obortas hæreſes ſua opera pro Fidei veritate firmanda poſteritati demandarunt, ut ſæculo VIII. ii fuerunt, qui Chriſti Domini Divinitatem contra Fœlicem, & Elipan-

(1) Cap. 11.
(2) Cap. 12.
(3) Præf. tom. 3. Annal. Benedictin.

pandum ſuſtinuerunt: Seculo IX. qui & contra Photium Sedis Conſtantinopolitanæ invaſorem, & contra Gotheſcalchum Monachum a dogmate de Prædeſtinatione aberrantem arma viriliter, fortiterque tractarunt. Si fortiter nec pauci, nec paucis ſui ingenii partibus contra ut ut impios, ſubtiles tamen adverſarios, ediderunt, nec omnes, nec grammaticali diſciplina tantum inſtructi illorum ſæculorum viri confidenter nimis dicendi ſunt.

Qui, & quot fuerint qui in cauſſa Photii ſcripſerint videri poſſunt in Græca Ioannis Alberti Fabritii Bibliotheca (1). Gilbertus vero Maguin, qui duo vulgavit volumina contra Cl. Sirmondum inſcripta *Vindiciæ Prædeſtinationis & Gratiæ*, quibus oſtendere conatur Gotheſcalchum a Prædeſtinationis erroribus immunem fuiſſe, Auctores refert, qui hac de re ſcripſerunt.

Sæculo igitur IX. Scholaſtica Theologia florere apud Latinos cœpit ope præſertim S. Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi (2), qui ut Roſcellini acutiſſima dilueret ſophiſmata in Libro, *De Trinitate, & Incarnatione* Dialecticam cum Theologia ſapientiſſime copula-

(1) Tom. 9.
(2) Mabil. de Stud. Mon. cap. 6.

lavit (*a*), quod ante ipſum egerat Lanfrancus Cantuarienſis item Archiepiſcopus in Tractatu *de Reali præſentia Corporis, & ſanguinis Chriſti* ut refert Sigebertus (1), & poſt ipſum Albericus contra callida, nec non captioſa Berengarii argumenta de Tranſubſtantione in Euchariſtiæ Sacramento: Idipſum egit ſolide, acuteque S. Bernardus in Gilbertum Epiſcopum Pictavienſem cognomento Porretam, & Petrum Abailardum, vel Abaelardum natione Britannum Dialecticum nominatum.

Quam deinde viam, rectumque ſcribendi ordinem amplexatus eſt Sæculo XII. Petrus, ut ait Labbe (2), *natione Lombardus, patria Novarienſis ab oppido urbi illi vicino, quod vulgo Lumen omnium dicitur: Magiſter ſententiarum vulgo dicitur, ex Theologicæ ſcholæ præſidente, qui per ea tempora Scholaſticus vocabatur: Pariſienſis, non Archiepiſcopus, ut alicubi ſcripſit minus circumſpecte Blondellus, ſed Epiſcopus ab A. C. 1159. vel ſequenti, quod ei ob eminentem Doctrinam ceſſit Phi-*

(*a*) Legenda ſunt Eminentiſſimi Aguire præſertim Prolegomena in Theologiam S. Anſelmi.

(1) De Script. Eccl. cap. 155.

(2) De Script. Eccleſiaſt.

Philippus Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ Ludovici VI. Regis Franciæ Filius, & Ludovici VII. Frater uſque ad diem 20. *Iulii anni* 1164., *quo vitam finiit, & in ſuburbana S. Marcelli Eccleſia conditus eſt*. Hic miro digeſſit ordine Theologicas ſententias, eaſque & ſacræ Scripturæ teſtimoniis, & Sanctorum Patrum auctoritate probavit, atque rationibus ex Philoſophia ductis firmavit.

Contra hanc tradendæ Theologiæ methodum, atque in ipſum Lombardum, nonnulli ſcripſerunt, ut Sadeel (1), qui *Scholaſticos illos ob Philoſophiæ cum Theologia confuſionem, dicendos potius Philoſophos quam Theologos* putat: Ludovicus Vives in Commentariis in Libros de Civitate Dei S. Auguſtini hunc ordinem pluſquam centies exagitat. Lombardum vero arguunt Ioannes Cornubienſis Theologus (2), & Du-Cheſne, quod Abailardi libris magnopere uſus ſit: Item quod in nonnullis articulis, teſte Bellarmino, deſeratur a Doctoribus, ac reiiciatur: tandem quod damnatam illam a Pariſienſi Concilio, approbante Alexandro III., propoſitionem docue-

(1) Præfat. in Lib. De Verb. Dei ſcripto.
(2) In Eulog. ad Alexandr. III.
(3) In Not. ad Abælard. pag. 1159.

cuerit, qua aſſerebat Chriſtum ut hominem non eſſe aliquid. Carpitur, item a Mornœo, Cave, aliiſque.

Arriſit vero huiuſmodi Theologiæ tradendæ forma cæteris Theologis præſertim Italis: & duce doctiſſimo Alexandro Hales, qui omnium primus in quatuor Lombardi Sententiarum Libros Commentarios ſcripſit: Commentatores habuit Albertum Magnum, S. Thomam, S. Bonaventuram, Durandum, Ægidium Romanum, Maiorem, alioſque trecentos, teſte Bulœo (1), qui in Litteraria Republica magnum ſibi nomen compararunt, *Hunc*, ait Xiſtus Senenſis (2), *omnes Scholæ Theologorum ſingulari quadam venerationis excellentia Magiſtrum Sententiarum appellant, & in cuius Theologiæ compendium innumerabilia Diſputationum volumina erulitiſſimi clariſſimarum toto orbe Chriſtiano Academiarum Theologi elaborarunt*. a Trithemio (3) *Vir in divinis Scripturis ſtudioſiſſimus, & nobiliter Doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio* nominatur. Ipſum cum Henrico Ganda-

(1) Hiſt. Univ. T. 2. In Catal. Academ.
(2) Bibl. Sanct.
(3) De Script. Eccleſ.

davenſi non pauci iure quidem optimo non vulgaribus laudibus ornant, extolluntque.

De eius ſcribendi ordine, quem improbant nonnulli cum Vives, commodius infra dicemus.

Quod autem Abailardi opera, quæ ob oculos habuerit Lombardus dum Libros Sententiarum conſcriberet, id ei non vitio vertendum, ſed laudi: quippe quum Apis matinæ inſtar ex thymo, prætermiſſis amarulentis, inſipidiſque partibus, ſalubres, & ſapidas decerpere novit: quod ſane non improbat modo, ſed neceſſarium putat ſcribenti S. Thomas (1) *Neceſſe eſt accipere*, inquit, *opiniones antiquorum, quicumque ſint ... & hoc quidem ad duo erit utile: Primo quia illud, quod bene dictum eſt, ab eis accipiemus in auditorium noſtrum: ſecundo quia illud, quod male enunciatum eſt, cavebimus.*

Præterea probro illi tribuunt nonnulli, quod eius opiniones non paucas ipſius Commentatores reſpuerunt: quaſi vero aut Auguſtino probrum ſit, quod ab eo non ſemel recedat Hieronymus, aut D. Thomæ, quod in plurimis in alia omnia diſceſſerit Scotus: Divi-

(3) 1. De an. Lect. 2.

vinis dumtaxat Libris, atque Scriptoribus huiuſmodi honor eſt omnino adhibendus, ut ab iis nefas ſit, latum, ut aiunt, unguem diſſcedere.

Denique Propoſitionis illius, qua Chriſtum ut Hominem nihil eſſe aſſerebatur, iuſta damnatio, Hominem ſcilicet Lombardum fuiſſe probat, ac proinde errandi, peccandive non exortem. Cæterum ſi poſitionis eiuſdem, quæ nonniſi ſextodecimo poſt eius obitum anno confixa eſt, ſenſus legitimus ab ipſo Auctore interrogando, quærendoque teneri potuiſſet, catholicum fortaſſe intellectum ab ipſomet habuiſſet, & obſcuritas loquendi tantum ſugillaretur: quemadmodum a Pico Mirandulæ Comite factum eſſe comperimus.

Ne autem aliquid gloriæ, de qua optime in Theologica facultate Lombardus meritus eſt, ipſi detrahatur, Summam (*a*) hic in animo

(*a*) Summa Quatuor Librorum
Petri Lombardi

Lib. I.

De Rebus & Signis diſt. 1.
De Rebus quibus fruendum eſt, vel utendum diſt. 2.
De

mo eſt eius Doctrinæ ob oculos Lectori noſtro ſubiicere, ut intelligat neque illotis, ut aiunt

De Myſterio Trinitatis, & Unitatis 3.
De Cognitione Creatoris per Craturas, ubi de Summa Trinitatis Unitate 4.
An Deus ſe genuerit. 5.
An Alium Deum. 6.
An Pater genuit Divinam Eſſentiam, vel ipſa Filium, vel ipſa nec genuit, nec genita eſt. 7.
Num Pater Voluntate genuit Filium, an Neceſſitate, an potuerit, vel voluerit gignere Filium. 8
De Proprietatibus Eſſentialibus Trinitatis, & Unitatis, 9.
De Diſtinctione Trium Perſonarum, & de Spiritu Sancto a 10. ad 18.
De Æqualitate Trium Perſonarum. 19, & 20.
Quomodo poſſit dici ſolus Pater, vel ſolus Filius, vel ſolus Spiritus Sanctus. 21.
De Nominum Diverſitate, quibus utimur loquentes de Trinitate, & Unitate. 22.
De hoc Nomine Perſona. 23.
Quid ſignificetur his nominibus Unus, vel Una, Duo, vel Duæ, Tres, vel Tria, Trinus, vel Trinitas &c. 24.
Quid quum dicitur pluraliter Tres, vel Duæ Perſonæ. 25.
De Proprietatibus Perſonarum. a 26. ad 33.
Utrum Proprietates Perſonarum ſint ipſæ Perſonæ, & ſint Deus, id eſt Divina Eſſentia. 33. & 34.
De Scientia, Præſcientia, Prædeſtinatione, Provi-

aiunt manibus, pedibuſque ad opus acceſſiſſe Lombardum præſertim in tanta tunc tempo-

videntia, Diſpoſitione, Omnipotentia, Voluntate Dei. a 35. ad 48.

Lib. II.

De Uno omnium Principio, & Creatione, & Cur facta ſit Rationalis Creatura. Diſt. 1.

De Angelis Bonis, & Malis. a 2. ad fin. 11.

De Creatione aliarum Rerum, & operum ſex dierum. a 12. ad 19.

De Statu Primi Hominis ante peccatum. 19.

De Modo Procreationis filiorum, ſi non peccaſſent Primi Parentes, & quales filii naſcerentur. 20.

De Invidia Diaboli tentantis primos Parentes. 21.

De Hominis Primi tranſgreſſione, & primi peccati origine. 22.

Cur Deus permiſerit Hominem tentari ſciens eum eſſe caſurum. 23.

De Gratia Hominis, & Potentia ante caſum. 24.

De Libero Arbitrio. 25.

De Gratia Cooperante. 26.

De Virtute, & actu eius contra Pelagianos. 27. & 28.

Utrum Homo ante peccatum eguerit Gratia Cooperante, & Operante. 29.

Quod per Adam peccatum, & pœna tranſiit in poſteros, & de Peccato originali, & pœna. a 30. ad 33.

De Peccato Actuali ſecundum eius cauſalitatem, & Quidditatem. 34. & 35.

Utrum

poris Abælardi, aliorumque errorum colluvie, nec ſummo rem acu attigiſſe; ut inquiunt, ſed & Sacrarum Scripturarum Teſtimoniis, H An-

Utrum Peccata ſint cauſſa, & pœna peccati. 36.
Utrum ſecundum aliquam rationem peccata dici poſſent ex Deo. 37.
De Voluntate, & eius fine. a 38. ad 42.
De Peccato in Spiritum Sanctum. 42.
De Potentia peccandi. 44.

Lib. III.

De Incarnatione Verbi. Diſt. 1.
Quare totam Naturam aſſumpſit? Quid nomine Naturæ humanæ intelligendum ſit. 2.
Caro, quam Verbum aſſumpſit qualis fuerit. 3.
Quare Spiritui Sancto Opus hoc Trinitatis tribuatur. 4.
De Perſona non aſſumpta. 5.
Quomodo Deus Homo. 6. & 7.
An Divina Natura dici debeat nata de Virgine. 8.
De Adoratione Humanitatis Chriſti. 9.
An Chriſtus quatenus Homo ſit Perſona, vel Aliquid. 10.
An Chriſtus ſit Creatura, vel Creatus, vel Factus. 11.
An Homo ille ſemper fuerit, vel cœperit eſſe. 12.
De Sapientia, & Gratia Chriſti ſecundum Naturam Hominis. 13. & 14.
De aſſumptis defectibus Corporis, fame, ſiti &c. & Ani-

Antiquorum Patrum Auctoritatibus, & Solidarum pondere rationum, reiectis ſuperfluis quœſitis, rem conficere eſt conatus.

Non

Animæ triſtitia, timore, dolore &c. 15., & 16.
De Voluntatibus Chriſti ſecundum duas Naturas. 17.
De Merito Chriſti ſibi, & Nobis. 18. & 19.
De Morte Chriſti pro nobis. 20.
De Separatione Animæ a corpore in morte. 21.
An Chriſtus triduo mortis fuerit Homo. 22.
An Chriſtus Fidem, & Spem habuerit ut Charitatem. 23.
Quomodo intelligitur quod ſcriptum eſt, ut quid factum fuerit credatis. 24.
De Spe, ac Charitate Hominis, & Dei. a 26. ad 32.
De Quatuor Virtutibus Cardinalibus. 33.
De Septem Donis Spiritus Sancti. 34., & 35.
De Connexione Virtutum. 36.
De Decem Præceptis. a 37. ad 49.

Lib. IV.

De Sacramentis in generali, & in particulari. a 1. ad 42.
De Reſurrectionis conditione, & modo Reſurgentium. 43., & 44.
De Diverſis Animarum receptaculis. 45.
An valde malis detur mitigatio pœnæ. 46.
De Sententia Iudicii. 47.
De Forma, & Poteſtate Iudicis. 48.
De Differentia manſionum in Cælo, & in Inferno &c.

Digitized by Google

Non viguit modo, ſed & incrementum longe maius cœpit Theologiæ Scholaſticæ ſtudium ſæculo præſertim decimotertio, in quo præter alios duo floruerunt & Sanctimonia, & Doctrina præſtantiſſimi viri S. Thomas Aquinas ex illuſtriſſima Dominicanorum familia, & S. Bonaventura S. Franciſci Aſſiſienſis Filius, qui non modo & ipſi egregios commentarios in quatuor Sententiarum Lombardi libros concinnarunt, ſed & alia inſignia excellentium ſuorum ingeniorum opera vulgarunt (*a*). Nec attendenda eſt calumnia, quam

(*a*) D. Thomas præter Summam Theologicam, de qua infra, ſcripſit in Quatuor Sententiarum Libros: Quæſtiones Diſputatas, & Quodlibetas: Summam contra Gentes: Auream Catenam Patrum in quatuor Evangelia: Commentarios in Iob: in primos Quinquaginta Pſalmos: in Cantica Canticorum, In Iſaiam, In Hieremiæ Threnos, in Matthæi, & Ioannis Evangelia, In Epiſtolas S. Paulli: Sermones de Tempore, & de Sanctis: Opuſcula 73. Scripſit iterum in 4. libros Sententiarum ad Cardinalem Annibaldum. (Quadraginta adhuc numerat Poſſevinus (1) opuſcula). Septendecim Tomis Romana editio habita iuſſu Pii V. hæc complectitur. Quæ S. Bonaventura ſcripſit Octo Tomis edita ſunt, eaque Monachis legenda præ cæteris SS. Patribus commendat Ioannes Gerſon.

(1) In Apparatu.

in ſanctiſſimos, doctiſſimoſque laudatos viros Heinecius contexuit (1) inquiens: *Hi Doctores Angelici, Cherubici, Seraphici in Philoſophiam Moralem inuexerunt ſacerrima iſta Principia Probabiliſmi Methodi dirigendi intentionem, Reſervationis Mentalis, Peccati Philoſophici*: *citatque Ludovicum Montaltium epiſt. ad quemdam ex Provincia, Thyrſum Conzalez Tract. Theol. de recto uſu opinionum probabilium & Buddæum Hiſt. Iur. Nat.* §.13. quum nihil tale apud laudatos ab Heinecio Auctores reperiatur, ut poſt exquiſitum examen aperte aſſerit (2) Cl. Salvator M. Roſelli, unum ſi excipias Buddæum, a quo ea tranſcripſit Heinecius, ſed acriore ſtylo. Inter cœteros S. Thomæ egregios partus orbis univerſus Summam Theologicam eſt demiratus: *Univerſus terrarum Orbis* iure optimo dixi, quippe: *Tanti omnes eam feciſſe* refert Ioannes Baptiſta Capaſſo (3), *ut nedum Græci, ut notat D. Chytræus de ſtatu Eccleſiæ in Græcia, ſed etiam Arabes, & Sinenſes in ſuum*

(1) In Elem. Hiſt. Philoſ. agens de Philoſoph Medii ævi, & §. 100.

(2) Part. 1. Sum. Philoſoph. Quæſt. 1. Art. 4 in Adnot. num. 1.

(3) Hiſt. Philoſoph. lib. 4. cap. 6.

ſuum ſermonem conuerterint: Theologica enim omnia dogmata ut recte notavit Sixtus Sinenſis (1) copioſe, breviter facile, aperteque ſubtilitate ſumma pertractat (*a*). Iniuria ipſum, eiuſque Theologica opera reprehendit Brukerus (2) qui *Immodicus*, ait, *Peripateticæ Philoſophiæ amor virum hunc ſuperſti-*

H 3 *tioſo*

(*a*) Theologica Summa in tres partes eſt diſtributa, In Prima Parte agit de Deo Uno, & Trino: de Creatore: de Angelis: ac de Homine præſertim Primo.

Secunda in duas partes dividitur, hoc eſt Prima Pars partis ſecundæ, altera pars nominatur ſecunda pars partis ſecundæ. In Prima parte partis ſecundæ diſſerit de Beatitudine: de Actibus humanis: de Legibus: de Gratia, & merito.

In Altera parte partis ſecundæ de Virtutibus in particulari, de Fide ſcilicet, Spe, Charitate, Sapientia, Prudentia, Iuſtitia, Religione, Pietate Obedientia, Gratitudine, Veritate, Liberalitate, Fortitudine, Temperantia, ac de Vitiis oppoſitis, ac tandem de Gratiis gratis datis.

In Tertia tandem parte de Incarnatione, de eiuſdem Chriſti Domini Nativitate, Manifeſtatione, Baptiſmo, Tentatione, Doctrina, Miraculis, Paſſione, Morte, Reſurrectione, ac de Sacramentis ab eo inſtitutis.

(2) Bibl. Sanct. Lib. IV.

(3) Hiſt. Philoſoph. tom. 3. par. 2. p. 2. lib. 2. cap. 3. ſect. 2. §. 19.

tioſo obſequio Phil·ſopho addictum ſeduxit, ut Theologiæ vulneribus, quæ præpoſtera Philoſophiæ commixtio inflixerat, nova adderet vulnera, ſicque ſacram doctrinam vere faceret philoſophicam, imo gentilem. & poſt pauca: *Quum ea in Philoſophia ad Theol·g·am applicanda, methodo uteretur, ut conſenſu Patrum, & Scripturæ quidem quæſito, eo vero ex rationibus metaphyſicis, & teſtimoniis Philoſophorum gentilium confirmato magnum, Doctrinæ ſacræ præſidium in Phil·ſophia Ariſtotelica poneret ... perſpicuum inde eſt ſcholaſticæ Theologiæ vitia non ſuſtuliſſe ſed auxiſſe*. Verum hæc in Angelicum Doctorem Brukerus impudenter non effutiviſſet, ſi ad ea, quæ ab initio Eccleſiæ a Rationis & Philoſophiæ uſu in Theologicis quœſitis dixerint antiquæ Eccleſiæ Patres, & ad rationes ab ipſis, immo & ab Apoſtolis allatas ad firmandas, illuſtrandaſque Theologicas veritates, animum adieciſſet. Qua de re fuſe diximus integra Diſquiſitione (1): Immo ſi Angelici ipſius Doctoris Summam ſummis ſaltem deguſtaſſet labiis; Quippe initio Theologicæ Summæ canonem ſtatuit, methodum tra-

(1) In Diſquiſitionibus Noſtris Diſq. 4. pag. 120.

tradit, rationem profert (1) de uſu rationis ex Philoſophia ductæ in Theologicis quœſitis: Ætatem præterea ob oculos Ariſtarcus ille Angelici Doctoris habere debuerat, atque Adverſarios, in quos S. Thomas ſtylum acuere, atque aggredi debebat, qui quum fere omnes Ariſtotelis auctoritati nixi ſuos errores tuebantur de Animæ Immortalitate, de Mundi Æternitate, de Deo, quod ſcilicet eſſet Mundi Anima, immo ipſum Mundum eſſe Deum, cuius Providentia ultra Lunam non excurreret, ut refert Clemens Alexandrinus (2): idcirco ut ſuis ipſos armis eos perimeret, Ariſtotelicis, neque aliis, fortaſſe ab adverſariis non admiſſis Principiis, rem conficere debuit, ſapienterque confecit, quod & ipſe ſibi examinandum propoſuit (3) atque non reſpuenda ſtatuit admiſſa a Bruκero ipſo Pronunciata; Sed quid plura? Quod ipſe refert, hanc in rem Bruκerus, obſtruere garrulitati os plane debet *Pontifices*, ſcilicet *Academias Gymnaſia & quidquid de Doctri-*

 na

(1) Prim. Par. Sum. art. 8.

(2) In Admon. ad Græc.

(3) Quodlib. 4. art. 18. ubi quœrit: Utrum determinationes *Theologicæ debeant fieri Auctoritate, vel ratione*.

na & eruditione iudicare ſolet in profundendis Thomæ laudibus decertaſſe: neque vero inconſulto & pecudum more Academias integras alteram ab altera tranſcripſiſſe putandum eſt, quum in acri, limatoque iudicio, quod in opere de examine Theologorum (1) acutiſſimus eius Auctor protulit de S. Thoma loquens hæc habet: *Ipſe quæſtiones ad certum redigit numerum, iis, quæ neceſſariæ non ſunt, omiſſis: ita eas tractare ſtudet, ut alia ad aliam viam ſternat, aperiatque: tandem non ultra progreditur, quin tutus ſit priores difficultates plane dilutas fuiſſe, explicationemque comprehenſam.*

Quum Inſtituti noſtri non ſit Auctorum opera ab obiectis vindicare, quæ de Angelico Doctore diximus ſatis nobis ſunt: Qui plura velit percurrat opera S. Thomæ a Cl. Bernardo M. de Rubeis edita, & Quœſt. 1. Art. 8. Philoſophicæ Summæ acutiſſimi Salvatoris M. Roſelli, ubi cœtera pro dignitate, ac dilucide enucleantur.

At quoniam *Non modicum ut*, ait Cl. Mabillonius (2), *poſt D. Thomam Theologicæ Fa-*

(1) Examen des Defauts Theologiques Tom. 2. ſect. 11. cap. 3. a. 2. n. 5.

(2) De Studiis Monaſt. Par. II. cap. VI.

Facultati a Neotericis derogatum eſt: futiles namque ſpeculationes, ſeu potius nugatorias cavillationes in ipſa, eouſque congeſſerunt, ut a gravitate illa, ac theologizandi maieſtate in Chriſtifidelium lycæis omnino ſervanda, multum receſſerit; idcirco non inutile ducimus per canones nonnullos, paucis hic, adnotare quæ in Theologo dotes, ut dignus tanto nomine ſe exibeat, eſſe debeant.

§. I.

Quæ Neceſſaria ſunt, Quæque vitio vertuntur Theologo, Exponuntur.

QUum Recentiores Theologi claritatis gratia in varias Claſſes Theologicam Facultatem diſtinxerint in *Poſitivam* ſcilicet, qua expoſita Fidei Dogmata Scripturæ Conciliorum & Patrum auctoritate firmantur: *Polemycam*, qua errores Catholicæ Fidei oppoſiti reiiciuntur: Moralem, qua, quid agendum, quid cavendum, quid omittendum ſit iuxta Divina Præcepta Chriſtifideles docentur. *Scholaſticam*, quæ Fidei Dogmata non ſacra auctoritate probat tantum, ſed ea firmat

mat rationibus a Philoſophia ductis, deque aliis agit quœſitis, quæ ad dogmata illuſtranda, hæreſeſque clarius profligandas faciunt: *Myſticam*, quæ præcepta tradit dignoſcendi num extraordinaria ſigna, quibus quandoque nonnulli Chriſtifideles fulgere videntur, ſint vere a Deo, & methodum eos dirigendi ſtatuit; idcirco pro Univerſa Theologia intelligentiam Sacræ Scripturæ neceſſariam eſſe pronunciavimus.

Canon I. Quum præcipuum Univerſæ Theologiæ fundamentum ſint Divinæ Litteræ, eas, & quidquid ad ipſas pertinet Theologus calleat oportet: nec contentus ſit eas tantum Sacræ Scripturæ Auctoritates, quæ apud Controverſiarum tractatores inveniuntur perdiſcere, & præſertim ſi Theologiam doceat, in ſuos libros tranſcribere, quippe ſic quo ſenſu illa dicta ſint, quidue roboris habeant verba illa, penetrare non valebit, ſed uni ea referenti ſe credat oportebit.

Sciat igitur oportet Septuaginta duos eſſe Libros Sacros, ex quibus quinque & quadraginta ad Vetus, & ſeptem & viginti ad Novum pertinere Teſtamentum: Item ratione Argumentorum, quæ in ipſis pertractantur diſtributos eſſe in Legales, qui in Veteri Teſta-

ſtamento ſunt quinque Moyſis libri qui Pentatheucum dicitur, ſcilicet Geneſis, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium: in Novo Quatuor Evangelia: In Hiſtoricos, quales ſunt Libri Ioſue in Veteri, Iudicum, Ruth, quatuor libri Regum, duo Paralipomenon, duo Eſdræ, Tobiæ, Iudith, Eſther, Iob, & duo Maccabæorum: Actus vero Apoſtolorum in Novo. In Morales, ſeu Sapientiales, qui ſunt centum quinquaginta Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus: In Novo quatuordecim D. Paulli Epiſtolæ, Epiſtola S. Iacobi, duæ S. Petri, tres Epiſtolæ S. Ioannis: In Propheticos, uti ſunt quatuor Maiores Prophetæ Iſaias ſcilicet, Hieremias, qui Baruch adnexum habet, Ezechiel, & Daniel, & duodecim Minores (ita dicti, quia minus quatuor modo laudatis ſcripſerunt) Oſea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zaccarias, & Malachias, in Teſtamento Veteri: Apocalypſis S. Ioannis in Novo.

Non ignoret item ex his aliquos eſſe, & dici *Protocanonicos*, quia ſemper, & ubique in Eccleſia indubie, ut a Divino ſpiritu dictati habiti ſunt; ut ſunt omnes, iis tantum ex-

exceptis, de quibus mox: Alios dici *Deuterocanonicos*, de quibus ſcilicet, ab aliquibus dubitatum fuit, num vere a Divino ſpiritu eſſent, & tardius in Canonem Divinorum Librorum relati fuerunt, ut ſunt Libri Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, pars Libri Danielis (Hymnus ſcilicet trium puerorum hebræorum, Suſannæ Hiſtoria, Beli, & Dagonis) Primus & Secundus Maccabœorum Liber ex Teſtamento Veteri: ex Novo Caput ultimum S. Marci: Hiſtoria De Sudore Sanguineo S. Lucæ cap. 22.: In Capite 8. Ioannis Hiſtoria de Muliere Adultera: Epiſtola S. Paulli ad Hebræos, Epiſtola Iacobi, Petri Epiſtola ſecunda: Secunda, & Tertia S. Ioannis, Iudæ Epiſtola, nec non S. Ioannis Apocalypſis. Hos a Tridentina Synodo in Canonem Divinorum Librorum relatos eſſe: non quod vel novum Fidei dogma ſtatuerit, vel nova de his fuerit Revelatio, ſed illos ab initio divinos fuiſſe declaravit, explorata, perpenſaque diligentius antiquarum, ac plurium numero Eccleſiarum Traditione. Quam ſane regulam habuit, docuitque Auguſtinus (1) *Tenebit igitur hunc modum*, ait, *in Scripturis canonicis, ut eas quæ*

(1) Lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 8. num. 12.

quæ ab omnibus accipiuntur Eccleſiis Catholicis præponat eis, quas quædam non accipiunt; In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, gravioreſque accipiunt eis, quas pauciores, minoriſque auctoritatis Eccleſiæ tenent: Si autem alias invenerit a pluribus, alios a gravioribus haberi, quamquam hoc facile invenire non poſſit, æqualis tamen auctoritatis eas habendas eſſe puto.

Canon II. In Sacrarum Litterarum Lectione regulas non negligat Theologus, quas Sancti Eccleſiæ Patres, atque Catholici Doctores adhibuerunt, ut verum aſſequatur Sacræ Scripturæ ſenſum.

Prima igitur erit: A ſenſu litterali, & proprio non recedendum, niſi evidens cogat ratio, qua de re Origenes a V. Generali Synodo damnatus fuit. Senſus itaqua Litteralis Sacræ Scripturæ eſt, quum per verba ut ſonant, explicatur: atque hic eſt Litteralis proprius, ut quum initio Scripturæ legimus Deum creaſſe Cælum, & Terram; hoc eſt ex Nihilo poſuiſſe Cœlum & Terram: Alius eſt Improprius, ſeu ſenſus, qui exprimitur per verba impropria, quum legimus Chri-

ſtum

ſtum Dominum ſedere ad Patris ſui dexteram, ex quo non dextera corporea pars, quæ nulla in Deo Patre eſſe poteſt, intelligitur, ſed ut explicetur honoris æqualitas. Habetur item quandoque Myſticus, ſeu Spiritualis quum non verba, ſed res per ea verba indicatur: Quod Myſticos ſenſus utitur perſæpe Scriptura Veteris Teſtamenti, quum ea quæ in ipſo exponuntur, adumbrent quæ in Novo futura erant. Tropologicus, ſeu Moralis eſt, quum verba, aut facta aliqua ad mores componendos diriguntur, ut illud, eſt quod in Deuteronomio (1) legimus: *Non ligabis os bovis triturantis in area fruges tuos*: quod valet idem ac Dignum eſſe operarium mercede ſua, ut Apoſtolus exponit (2): Quum tandem verba, vel facta ad futuram vitam referuntur & ad eam mentem erigunt, Anagogicus dicitur. Ex Scripturæ ſenſu litterali tantum haberi poteſt dogma fide divina credendum, non item ex aliis, niſi ab Eccleſia declaretur. Docet id Auguſtinus, & Hieronymus, quorum Primus, *Quis*, inquit (3), *non imprudentiſſime nitatur aliquid Allegoria poſitum pro ſe inter-*

(1) Cap. 25.
(2) 1. ad Corinth. 9.
(3) Epiſt. 93. alias 48. c. 8.

terpretari, niſi habeat & manifeſta teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura? Alter Hieronymus ſcilicet, (1) *Numquam*, ait, *paraboias, & dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad auctoritatem dogmatum pertingere*. De Allegoriis agens Auguſtinus (2) *In omni Allegoria*, ait, *hæc regula retinenda eſt, ut pro Sententia præſentis loci conſideretur quod per ſimilitudinem dicitur*.

Secunda: Scripturæ obſcurus quandoque ſenſus ex Scriptura ipſa, ſi fieri poteſt, eruatur: *In Veteribus Libris*, ait Auguſtinus (3), *crebra eſt iſta loquutio; & ideo quando ſubobſcure fit, ex manifeſtis ſui generis exemplis intelligentia eſt*.

Quod ſi hæc haberi non poſſit attente meditetur quæ, a quibus, quando dicantur, ea quæ in ſcripturis leguntur.

Tertia ex eodem Auguſtino (4) erit: *Quidquid in ſermone divino neque ad morum honeſtatem, neque ad Fidei veritatem proprie referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcat*. Figuratum item eſſe dicit, ſi quod malum præci-

(1) In cap. 13. S. Matth.
(2) In Pſal. 8. n. 13.
(3) Pſal. 67. n. 5.
(4) De Doctr. Chriſt. cap. 10. num. 14.

cipiatur (1), vel Bonum prohibeatur: non ſecus, ac ſi flagitioſa de Deo, vel Sanctis hominibus legantur (2).

Quarta: Ut Interpunctionis ratio diligenter habeatur: ex hac enim verus ſcripturæ ſenſus exprimitur: mutata vero interpunctionis ſede falſus, vel fallax: qua fraude quandoque ut facilius, commodiuſque ſuos tuerentur errores, Hæretici uſi ſunt: Sic Ariani Initium Evangelii S. Ioannis: In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat. Verbum hoc erat in principio apud Deum, immutarunt, immutato diſtinctionis ſigno, appoſitoque puncto poſt verba illa *Deus erat*: ſic Auctoritate S. Ioannis de Verbi Divinitate refelli non poterant.

Quinta: Advertendum, quandoque temporis ordinem a Scriptoribus Sacris non ſervari, ſed Futura ut præterita, vel præſentia narrari: *Non ſine cauſſa*, ait Auguſtinus (3) *quæ Futura ſunt tanquam tranſacta dicuntur: Deo enim ſic certa ſunt, ut iam pro factis habeantur.*

Sexta: Numquam eſt interpretanda Scriptura

(1) Ibid. cap. 16. num. 24.
(2) Cap. 12. num. 18.
(3) Serm. 22.

ra contra Eccleſiæ ſenſum, nec contra unanimem SS. Patrum conſenſum, ut præcepit Tridentinum (1), quam regulam docuerant iam Ephiphanius (2) Clemens Alexandrinus (3) Ambroſius (4) Hieronymus (5) Auguſtinus (6) Gregorius Nazianzenus, & Baſilius (7). Oppoſitum autem docuerunt ex antiquis hæreticis Dioſcorus (8) Wicleffus (9) Abailardus (10) aliique, & ex Recentibus pleno ore, omnibuſque nervis poſt Lutherum, & præſertim poſt ſuam Novi Teſtamenti verſionem, pene omnes tuentur: Quemcumque ſuo privato lumine eam interpretari poſſe docent, ut ſuos ſcilicet poſſent errores ſtabilire.

Quapropter improbanda, & reiicienda pœnitus eſt ſententia, doctiſſimi licet Thomæ de Vio, ſeu Eminentiſſ. Caietani, admonentis (11):

(1) Seſſ. 4.
(2) Hæreſ. 61.
(3) Strom. Lib. 7.
(4) Lib. 3. de Fide ad Grat.
(5) Epiſt. ad Evagrium.
(6) Lib. de Utilit. credend. cap. 7.
(7) Ex Euſebio Lib. 11. Hiſt. Eccleſ.
(8) Ex Sept. Syn. Act. 1. Anathemat. 7.
(9) Apud Waldenſem Lib. Doctr. Fid. Doctr. 3.
(10) Ex S. Bernar. Epiſt. ad Innoc. num. 190.
(11) Init. Comment. in Geneſ.

Si quando occurrerit novus ſenſus textui conſonus, quamvis a torrente Doctorum ſacrorum alienus, æquum ſe præbeat Lector cenſorem ... Non enim alligavit Deus expoſitionem Scripturarum Sacrarum Priſcorum Doctorum ſenſibus. Niſi forte pie, benevoleque ipſius aſſerti interpretatio fiat de Novo ſenſu, de quo nulla ſit apud antiquos mentio. Quod ſi de oppoſito intelligi debeat, ac diſcordi, ut videtur ipſe ſentire, non plenum aleæ opus tantum erit, ſed omnino erroneum. Ut ſapientiſſime demonſtrat Melchior Canus (1).

Huic Sacrarum Scripturarum neglectui in nonnullis eius temporis Theologis Natalis Alexander adſcribit, quod Lutherus, eiuſque aſſeclæ de ſuis blandirentur & in ſuis ſe firmarent erroribus: *Sylveſter* (2) *Prieras Ordinis FF. Prædicatorum Profeſſor S. Palatii Magiſter Lutheri ſophiſmata detexit potius quam confutavit Dialogo S. Pontifici dicato: Huic ſtatim reſpondit Lutherus Scholaſticam & Thomiſticam Theologiam, in qua exercitatiſſimus erat Prieras, contemnens: ſeque in errore pertinacius obfirmans, quod SS. Litte-*

(1) De Loc. Theol.
(2) Tom. IX. cap. 2. art. 10. Hiſt. Eccleſ.

terarum, Veterum Conciliorum teſtimoniis ab Adverſario non ſatis premeretur.

De his vide Tourneli (1) Canum (2) Bellarminum (3), alioſque.

Canon III. Quibuſcum congrediatur adverſariis ob oculos habeat Theologus. Pro diverſitate namque Adverſariorum diverſa ſumenda ſunt, & tractanda armorum genera, ut optime monet S. Thomas (4) *Puta*, ait, *Si cum Iudæis diſputatur, oportet inducere auctoritates Veteris Teſtamenti: Si cum Manichæis, qui Vetus Teſtamentum reſpuunt, oportet uti auctoritatibus ſolum Novi Teſtamenti: Si autem cum Schiſmaticis, qui recipiunt Vetus, & Novum Teſtamentum; non autem Doctrinam Sanctorum noſtrorum, ſicut ſunt Græci, oportet cum eis diſputare ex auctoritatibus Novi, vel Veteris Teſtamenti, & illorum Doctorum, quos ipſi recipiunt: Si autem nullam auctoritatem recipiunt, oportet ad eos convincendos ad rationes naturales confugere.* Idem ſane erit de iis Sacræ Scripturæ partibus, quas noſtræ ætatis Heterodoxi ut canonicas reſpuunt,

(1) Tom.1.In Compend.Theol.Diſp.prævia art.V.
(2) De Loc. Theol.
(3) In Controv. de Verbo Dei Scripto.
(4) Quodlib. 4. art. 18.

ſpuunt, cuiuſmodi eſt Epiſtola S. Iacobi, aliæque, de quibus paullo ante diximus.

Canon IV. Licet omnes Sacræ Scripturæ Libri recte, diligenterque a Summis Doctiſſimiſque Viris Latine traslati ſint (a): licet Vulgata, de qua infra in adnotationibus, ab Ec-

(a) Quum fere omnes Veteris Teſtamentis Libri Hebraice, ſi nonnullos poſt Eſdram excipias, ſcripti fuerint, & Novi Teſtamenti, exceptis Evangelio Matthæi, & Epiſtola Paulli ad Hebræos, quæ hebraice, omnes græco ſermone fuerint exarati, Illos Veteris ſcilicet Teſtamenti in græcam linguam verterunt, rogante Summum Hebræorum Pontificem Eleazarum Ptolomæo Philadelpho Ægyptiorum Rege (quidquid in oppoſitum Ludovicus Vives (1) Alphonſus Salmeron (2) & Ioſeph Scaliger (3) ſentiant, de quo diximus ſatis in prima huius Polymathiæ noſtræ Parte (4).) Septuaginta duo Hebræi, ſex ſcilicet ex quavis tribu, qui ſermonem utrumque callebant: Atque hanc primam fuiſſe Sacrarum Scripturarum Verſionem putat Baronius (5), Bannes (6), aliique non pauci auctorita-

(1) Lib. XI. Capit. 13. de Civit. Dei S. Auguſtini.

(2) Proleg. 6.

(3) In Obſerv. in Euſeb., & in duabus Epiſt.

(4) Cap. 9. pag. 232.

(5) Tom. 2. Annal. anno 241.

(6) Tom. 1. Quæſt. 1. art. 8.

Eccleſia Catholica, ac a Tridentina præſertim Synodo probata ſit, & ut ab erroribus immunis ſit habita, & declarata: utile tamen,

I 2 ut

ritate nixi Joſephi (1), & Philonis (2) aperte aſſerentis *Legem ſcriptam eſſe ſermone Chaldaico* (id eſt Hebraico), *& in eo per longum tempus manſiſſe, quamdiu eius pulchritudo externis hominibus non eſſet intellecta, donec iuſſu Ptolomæi traducta erat in linguam græcam. Opus enim quia magnum erat, non fuit privatorum hominum, ſed Regis potentiſſimi, & celebratiſſimi*. Contra vero ante hanc aliam extitiſſe Verſionem, Pentateuchi ſaltem cenſent cum Serrario (3), Bellarmino (4), Recentiores alii poſt Clementem Alexandrinum (5), Euſebium (6), alioſque antiquos Doctores. At ſi Ioſepho (7) credendum, cui non indocti ſubſcribunt Critici, quod Septuaginta laudati Interpretes non univerſam Scripturam, ſed Pentateuchum tantum verterint, fortius urget argumentum, quod prima hæc fuerit ex hebræo in græcum ſermonem translatio: quippe ante hanc aliam fuiſſe Pentateuchi ſcilicet verſionem, inquiunt qui contra ſentiunt: at ex Ioſepho, & Philone Interpretes, qui primi fue-

(1) Lib. 12. cap. 11.
(2) Lib. 2. de Vita Moyſis.
(3) Prolegom. cap. 16. quæſt. 2.
(4) Lib. 2. De Verbo Dei cap. 5.
(5) Strom. 1.
(6) De Præp. Evangl. Lib. 9. cap. 3.
(7) Præf. de Antiq.

ut optime hic monet Illuſtriſſimus Canus, & non minimi adiumenti Theologo erit, hæbraicam linguam callere, & græcam, ut verborum
vim

fuerunt nonniſi Pentateuchum græco ſermone donarunt: nihil erit ergo extabat ex ſacris litteris iam ante translatum.

Altera Verſio ex hebræa in græcam linguam fuit cuiuſdam Aquilæ Chriſtiani primum, dein Iudæi, qui anno circiter poſt Chriſtum 130. regnante Adriano vixit.

Sæculo item ſecundo, Imperio Romano regente Commodo, ex Hebræa in græcam linguam tranſtulit Scripturam Symmachus Samaritanus, qui licet para Chriſtianorum dogmata initio ſequutus ſit, Ebionitarum deinde errores eſt amplexatus. Is ſententias exacte retinuit, non item verba.

Quartam Verſionem dedit Theodotio Epheſinus Tatiani Auditor, Marcionis errorum propugnator, qui hæbraicam poſtea legem eſt profeſſus, Antonino Caracalla imperante.

Sunt qui putant poſt Interpretationem Septuaginta fuiſſe Chaldæos Paraphraſtes Ionatam, qui Pentateuchum, & Onkelos qui Maiores, Minoreſque Prophetas circa Chriſti Domini nativitatem expoſuerunt: quibus deinde acceſſiſſe putat alias paraphraſes Walton in ſua Polyglotta, quam tamen opinionem pluribus reiicit, & ad V. a Nativitate Chriſti ſæculum refert Morinus (1). Quidquid de hoc ſit, illud indubium eſt, neque Syriacam neque

(1) In Exerc. in Bibl.

vim noſcat intime: Hanc in rem optime Auguſtinus (1) *Non ſolum monendi ſunt ſtudioſi venerabilium Litterarum, ut in Scriptu-*

I 4 *ris*

que Arabicam, nec Chaldaicam Verſionem approbatam ab Eccleſia fuiſſe. Decem Sacræ Scripturæ Verſiones numerat Natalis Alexander (2) Primam ſcilicet, Septuaginta Interpretum, Secundam quæ ab Aquila, Tertiam quæ a Theodotione, Quartam, & Quintam, quæ ab Anonymis Auctoribus, quarum altera in urbe Hierichuntina, altera Nicopoli ab Origene reperta fuerat, Sextam Luciani Martyris, Septimam Heſichii, Octavam Origenis, Nonam Vulgatam Latinam ante S. Hieronymi ætatem editam, quæ a S. Auguſtino Itala vocatur, & de qua idem ipſe inquit (3) *Eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ, quæque Communis & Vulgata*, (quippe quæ ea tempeſtate communis erat in Eccleſia) quæque a S. Hieronymo (4) indicatur, Decimam quæ a S. Hieronymo edita fuit.

Illud tamen hic monendum ducimus Tetraplam, hoc eſt Quaternaria exemplaria, Hexaplam, hoc eſt ſex, & Octaplam hoc eſt octo Origenis, non eas eſſe octo, ut ex Natali ordine retulimus Verſiones. Adamantius igitur Verſionem Septuaginta Interpretum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis in unum collegit, atque eadem pagina in quatuor columnas diſtincta, ut quilibet

(1) Lib. 3. De Doctr. Chriſt. cap. 37.
(2) Hiſt. Eccl. Sæc. 2. Diſſ. XI.
(3) Lib. 2. de Doctrin. Chriſt. cap. 15.
(4) Epiſt. 135.

ris Sanctis genera loquutionum ſciant . . . . verum etiam, quod eſt præcipuum & maxime neceſſarium orent, ut intelligant: Impar enim libet uno oculi ictu, & concordantiam, & diverſitatem expoſitionis inſpicere poſſet, legenda propoſuit; atque egregium hoc opus Tetrapla, hoc eſt Quaterna exemplaria nominatum fuit. Quatuor hiſce addidit textum hebraicum in quinta columna hebraicis characteribus exaratum; in alia vero columna textum eumdem hebraicum characteribus græcis ſcriptum, ut liceret unicuique verborum, phraſium, & ſenſuum proprietatem perpendere: & quoniam græca lingua hebræis quampluribus nota erat, & pene ignoti characteres, additum voluit hebraicum textum, ſed characteribus græcis. Hoc opus Exapla dictum fuit: Poſt hæc Hierichunte aliam reperit ipſe Verſionem, & aliam Nicopoli ambas additas prioribus ſex voluit: ac propterea Opus edidit referens ſingulis paginis octo diverſas haſce lectiones octo diſtinctis columnis, quodque Octapla dictum fuit.

Ex omnibus modo indicatis Scripturæ verſionibus non minimum pondus habet ad hebræos redarguendos, & ad Gentium animos ad Chriſti fidem inclinandos Verſio Septuaginta Interpretum: quippe quum ipſa habita fuerit annis ducentis ſeptem item & viginti ante Chriſti Domini ortum, & ab Hebræa gente, rogante Ethnico Principe, nullus ſuſpicandi locus erit vel iudicio anticipato, vel partium ſtudio peractam fuiſſe, quapropter nec Apoſto-

enim quandoque eſt latina oratio vim hebraicæ linguæ exponendæ, quam & ſi qui legit nec ipſe, ut Doctiſſimi qui ſacras litte-
ras

ſtolos, nec primæ Eccleſiæ Patres Iudæi inſimulare falſitatis, vel ſuſpectæ fidei poterant, quum aperta Veteris Teſtamenti ex Septuaginta Interpretibus teſtimonia Chriſti Domini Divinitatem, aliaque ad ipſum ſpectantia proferrent: atque hæc ipſa intelligentes Ethnici nonniſi Divino afflatu illa, quæ ad unguem reſpondentia de Chriſto Domino obſervabant, ſcripta eſſe convincebantur, plura enim ex Veteri Teſtamento in medium producentes Apoſtoli ex Septuaginta proferebant. Illud tandem non omittendum, quod cæteræ, quæ in diverſis Eccleſiis legebantur Verſiones, una excepta Syriaca, omnes ex Septuaginta Interpretum Verſione deductæ erant, & proprio cuiuſque gentis idiomate, ut Æthiopica Armenia, atque ipſa etiam Itala translatæ.

Italam tamen ſeu Latinam incerti Auctoris communem ætate Auguſtini & Hieronymi & in Eccleſiis Vulgatam fuiſſe ex iiſmet Doctoribus colligimus, qui nominibus hiſce eam appellant: Hanc non ex alia Verſione, ſed ex ipſo hebraico textu diligentiſſime emendavit S. Hieronymus, ut idem ipſe habet: *In translatione*, ait ad Deſiderium loquens (1) *tibi videor errare, interroga hebræos: diverſarum urbium magiſtros conſule*: atque hæc
ipſa

(1) In Præfat. in Pentateuchum.

Digitized by Google

ras tranſtulerunt Viri, exprimet, mente tamen aſſequetur aliam maiorem ſcilicet eſſe a Latina. Si quid ambiguo verbo, plura ſcilicet ex-

ipſa eſt, quam Tridentina Synodus (1) iubet, ut pro authentica habeatur: quippe quæ ab errore nunc circa Mores, & Fidem immanis omnino ſit: (ſive depravatus, & corruptus de induſtria fuerit hebraicus textus, ut ex Catholicis nonnulli cenſent, ſive integer ad nos pervenerit). Hoc tamen Concilii præcepto non obſtante, nil vetat quominus ad fontes ipſos percurramus, neque decrevit, ipſam quocumque vel levi defectu carere, ut aperte, & fuſe refert Eminentiſſimus Pallavicinus in Hiſtoria Concilii Tridentini (2), & liquido ex Bellarmino tum in Libro de Verbo Dei, ubi de his diſſerit (3), tum in Epiſtola ad Lucam Burgenſem, ubi: *De Libello*, ait, *a te miſſo gratias ago; ſed ſcias velim Biblia Vulgata non eſſe a nobis accuratiſſime caſtigata: multa enim de induſtria multis de cauſſis pertranſivimus, quæ correctione indigere videbantur.*

Summam ſane Hieronymum fidem in conferendo Hebraico originali textu, eoque interpretando nullus eſt, qui contra blaterantes noſtri temporis hæreticos, non aperte colligat ex methodo, reguliſque, quas ipſe ſibi Hieronymus propoſuit, ac tenuit: ea hic non pigebit Lectorem noſtrum percurrere, ut nihil prorſus ab ipſo ad opus curandum, per-

(1) Seſſ. 4. Decr. de Canonicis Scripturis.
(2) Lib. 6. cap. 17.
(3) Lib. 2. cap. 10. In Controverſ.

exprimente Latine expoſitum fuerit percurrens hæbraicum fontem, vel græcum, errorem vitabit: atque ea tandem intelliget, verba

quæ

perficiendumque omiſſum, manibus, ut ita dicam, pertractet: *Difficile eſt*, ait (1), *alienas linguas inſequentem non alicubi excidere: arduum ut quæ in aliena lingua bene dicta ſunt, eumdem decorem in translatione conſervent. Significatum eſt aliquid unius verbi proprietate, non habeo meum, quo id efferam, & dum quæro implere ſententiam longo ambitu, vix brevia ſpatia conſumo: Accedunt hyperbatorum anfractus, diſſimilitudines caſuum, varietates figurarum, ipſum poſtremo ſuum, & ut ita dicam vernaculum linguæ genus: ſi ad verbum interpretor, abſurde reſonat: ſi ob neceſſitatem aliquid in ordine, in ſermone mutavero, ab Interpretis videbor officio receſſiſſe.* Et iterum in Epiſtolis (2) *Sciendum quod ſi voluerimus dicere:* Domine quis incolet Tabernaculum tuum? *Vel illud de Quinto:* Neque incolet iuxta te malignus, *perdet euphoniam, & dum interpretationis* Κακοζηλίαν *ſequimur, omnem decorem amittimus: & hanc eſſe regulam boni Interpretis, ut idioma alterius linguæ ſua exprimat proprietate:* Quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in Œconomico Xenophontis, & in Demoſthenis contra Æſchinem oratione feciſſe convincimus: *& Plautum, Terentium, Cæciliumque eruditiſſimos viros in græcis comœdiis transferendis. Neque ex eo quis latinam*

(1) Præfat. in Euſeb. Chronic.
(2) Epiſt. ad Suniam, & Fretelam.

Digitized by Google

quæ non ſunt translata ut *Oſanna*, de quo Hieronymus agit epiſtola ad Damaſum, *Marana*, *Anathema*, aliaque his ſimilia.

Verum non utilis modo, & ad veri Theologi nomen ſibi comparandum linguarum peritia eſt, ſed omnino neceſſaria, ſi cum Germanis præſertim Heterodoxis, & Græcis Schiſmaticis agendum ſit: Hi enim de nativo ſermone, in ſcholis a vulgi corruptela repurgato, ſibi blandiuntur: Illi Hebraica præcipue lingua valent, nec niſi litteralem Scripturæ ſenſum poſt Lutherum admittentes in propria tantum, quavis alia rejecta, ſibi plau-

tinam linguam anguſtiſſimam putet, quod non poſſit verbum de verbo transferre, quum etiam Græci pleraque noſtra per circuitus transferant, & verba hebraica non interpretationis fide, ſed linguæ ſuæ proprietatibus nitantur exprimere.

Hac tamen ſumma Hieronymi diligentia, & conatu caveri non potuit, quominus nonnulla quantumvis levia librariorum fortaſſe, vel oſcitantia, vel feſtinatione irreperent menda, de quibus paullo ante ex Pallavicino, & Bellarmino diximus: Ad has ſane cavendas æquivocationes, alioſque nævos, optimum eſt ex hebraico, vel græco fonte purius veritatem haurire, atque alias ubi cum hæreticis controverſia eſt, ipſos eodem ſuo gladio, hoc eſt ex hebræo textu, & græco iugulare.

plaudunt interpretatione: atque hinc factum eſſe, inquit Natalis Alexander, quod hæretici, duce Luthero, Catholicos impudenter ad pugnandum minimo provocabant digito: *Quum antiqui Theologi*, verba ſunt Natalis (1), *multis retro annis peritiam linguarum, & politiores litteras neglexiſſent, Lutherus mox ab initio per Melanctonem, Zuinglium, Oecolampadium, & Bucerum antea quam ab eo in nonnullis articulis diſſentire cœpiſſent, totam iuventutem eloquentiæ litteris, linguarumque ſtudio deditam in partem ſuam traxit. Iuvenes vero & ingenio alacres, & laboris patientes mox in ſacris litteris (quibus Lutherus unicum tribuebat ſenſum, eumque Litteralem) ita profecerunt litteraliter, ut vel triginta annorum Theologi tam prompti in Scripturæ locis proferendis non viderentur, quam illi, qui & de peritia linguarum, & de ſtyli elegantia ſuperbientes mox quoslibet veteris farinæ Theologos non ſolum contemnere; verum etiam provocare cœperunt, maxime quando ad populum verba faciebant.*

Canon IV. Quanti Theologi intereſſe debeat Auctoritatem Conciliorum præſertim An-

(1) Hiſt. Eccleſ. Tom. IX. Cap. 2. art. 10.

Antiquorum, quam & ipſi venerantur Hœretici, Sanctiones Sanctorum Patrum, nec non Eccleſiæ Traditiones (*a*) præ manibus

(*a*) Quamvis nihil ſit, quod magis negotium hæreticis faceſſat quam Traditio, qua de ſuis ipſi erroribus redarguuntur aperte, ita ut Lutherus (1). *Ego*, inquit, *adverſus dicta Patrum, Hominum, Angelorum, Dæmonum poro non antiquum conſenſum, non multitudinem hominum, ſed unius Maieſtatis æternæ verbum, hic ſto, hic ſedeo, hic maneo, hic triumpho, hic inſilo Papiſtis &c.* Nihil tamen ex Scripturis clarius, nihil luculentius ipſa demonſtratur: In Veteri quippe Teſtamento legimus, *Deus auribus* (2) *noſtris audivimus, Patres noſtri annunciaverunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis*: & iterum *Pater* (3) *filiis notam faciet veritatem tuam*: In Novo vero aperte Paullus docet: *Itaque Fratres* (4) *ſtate, & tenete Traditiones, quas didiciſtis ſive per Sermonem, ſive per Epiſtolam noſtram*. Et alibi idipſum monet (5): At quum hæc apud Theologos paſſim inveniantur, ſatis ſit eas hic innuiſſe. Teſtimonium tantum, & argumentum referam, quo Rivetum Acatholicum Hugo Grotius Acatholicus & ipſe revincit. *Tradi-*

(1) Adverſ. Angliæ Reg.
(2) Pſalm. 43. verſ. 1.
(3) Iſaiæ cap. 38. verſ. 19.
(4) 2. ad Teſſalon. cap. 2.
(5) 2. ad Timoth. c. 1. verſ. 13. & c. 2. verſ. 1.

bus habere, atque acriter tueri, is unus ignorat, qui vel neque a limine Theologicam fa-

ditionem autem, verba ſunt Hugonis (1) *eſſe Apoſtolicam quomodo probetur quærit* D. Rivetus, *dicam primum juſta præſumptio eſt ab Apoſtolis tradita, quæ ubique in Eccleſiis reperiuntur, & quorum alia origo non apparet: deinde ſi accedunt teſtes aliquot pii, prudentes, atque magnæ in Eccleſia auctoritatis, qui affirment, hoc velut ab Apoſtolis traditum, iam probationem habemus tantam, quanta in hac materia ſufficit, nec minorem ea, per quam ſcripta Apoſtolica a non Apoſtolicis dignoſcimus: Quod invenerunt in Eccleſia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt, quod a Patribus acceperant, hoc filiis tradiderunt, ait Auguſtinus. Si quis ſit tam pertinax, tam facile effugia contra libros reperiet, quam contra Traditionem, ſed conveniebat divinæ Providentiæ curare, ne aut Libri in rebus Maximis, aut etiam Traditio adulteraretur: & id præſtitit.*

Accedit his quod qui Traditiones negant, Traditiones & ipſi admittere coguntur: undenam quæſo Veteris Teſtamenti libros a Sacris Scriptoribus, Divino ſcilicet afflante Spiritu, Scriptos admittunt. Nonne ex una Traditione? Traditione, ut Genuinos Evangeliſtarum fœtus Evangelia admittunt. Traditione Apoſtolorum Epiſtolas: Traditione Apoſtolorum Acta. Immo & Iudæi, & Gentes primo Veritates Traditione recepere, deinde ſcriptis: S. Matthæus enim Evangelium voce prius,

(1) In Vat. pro Pace Eccl.

facultatem ſalutaverit, vel Theologiam inanibus, ut ut acutis, futilibuſque quœſitis coruntum eſſe crediderit: At quum de Conciliis & Patribus ſeorſum paullo poſt dicemus, pro ea, quam inſtituti noſtri ratio fert & Brevitas, dignitate, nonnulla tantum hic innuimus in Adnotationibus de Traditione.

§. II.

De Scholaſtica Theologia:

QUum apud non paucos ætatis præſertim noſtræ ſemidoctos Scholaſticæ Theologiæ nullum ſit pretium: immo & illiberalirer traducatur, perinde quaſi catholicorum

prius, dein Scripto Iudœis, teſte Euſebio (1) annunciavit: Ioannes diu poſt prædicationem, ut idem habet Euſebius (2) ſuum vulgavit: quod idem habet de Luca (3), & de Marco (4), qui a Romanis, ut quæ ab ipſis exceperant, retinerent, illud ut litteris mandarent; enixe rogati fuerunt.

(1) Hiſt. Eccleſiaſt. Lib. 3. cap. 18.

(2) Ibid. cap. 24.

(3) Lib. 6. cap. 14.

(4) Lib. 2. cap. 15.

rum dogmatum firmitatem cavillationibus, ac ſophiſmatis, ſenticoſis, atque inutilibus quœſtionibus infuſcet potius, quam illuſtret: non ab re futurum puto, antequam canones ad Scholaſticum Theologum inſtituendum ediſſeram, errorem huiuſmodi ex Lectorum noſtrorum animis ſi forte inſiderit avellere, avertere autem ſi nondum irrepſerit.

Atque hic ne incerta vagetur oratio, illud omnino ſtatuendum, quid nimirum Scholaſticæ Theologiæ nomine veniat apud Scholaſticos doctiſſimos, qui eam tradiderunt olim, quique vel hodie profitentur: Eſt itaque Facultas agens de Fidei Catholicæ Dogmatibus, vel proxime ad ea ſpectantibus ex Sacris Litteris, ex Conciliorum ſanctionibus ex Sanctorum Patrum auctoritate (ex qua profluit Traditio) preſſo ſtylo, ac certa methodo, eaque argumentis ex Philoſophia ductis firmantia.

Tria itaque Poſitivæ Theologiæ addit Scholaſtica, Stylus ſcilicet Preſſus proponens eadem ipſa per argumentationem, ex qua magis eluſceſcit veritas, & audientium mens facilius quieſcit: Methodus rem in ordinem digerit, ut altius in animis imprimatur, claritatemque totius doctrinæ catholicæ auget,

ſolidatque: Argumenta tandem ex Philoſophia, & naturali ratione deducta, quibus dogmata ipſa, naturæ lumine præeunte, confirmantur.

Hanc firmandi Chriſtiana dogmata, Ethnicos redarguendi, errores hæreticorum refellendi notionem non a Scholaſticis Sæculi XV. Theologis, ſed ab ipſius Eccleſiæ incunabulis apud omnes in uſu fuiſſe, noſcet illico qui vel Catecheſes, vel Apologias, vel Libros in hæreticos a primis Eccleſiæ Patribus exaratos ſummis tantummodo deguſtet Labiis. Si in Sanctorum Patrum Lectione a S. Bernardo initium ſumamus, nihil niſi valida argumenta, & quidem preſſa, reperiemus, & quemadmodum ſcholæ uti conſuevere. Quæ non intorſit Auguſtinus contra Fauſtum Manichœum argumentorum tela ex Philoſophia, modo ut Scripturas admittere cogeret, modo ut Manichœorum, & Manetis errores adgrederetur? imo Creſconium Auguſtino uſum dialecticæ obiicientem, videſis quo dilemmate redarguat: *Si noxia* (1) *ſunt*, ait, *quare hoc faci.* ? (utebatur dialecticis argumentis etiam Creſconius in Auguſtinum): *Si non ſunt, cur arguis*? quod magis eiaculatum arguen-

(1) Lib. contra Creſcon. cap. 13.

guendi genus, ætatis noſtræ Doctores adhibere poſſent qui Scholaſtici dicuntur? Sexcenta his ſimilia in eius operibus occurrunt: Immo contra Creſconium eumdem ſubdit *& Chriſtum* (1), *& Paullum, alioſque Apoſtolos Dialecticos fuiſſe neceſſe eſt confiteri*. Hieronymus item pluribus probat (2) idipſum: quod fuſe iterum Auguſtinus (3). Audiamus Baſilium, qui non modo non avertentem Fidei dogmata dicit Dialecticam, ſed eorum veritatem, Muri inſtar eſſe & Arcis, firmantem: *Dialectica*, ait (4), *Muri inſtar eſt Dogmatibus, quod ea non ſinit facile diripi, & quorumlibet incurſioni patere*. Quod ſane videns acutiſſimus Origenes Dialecticam a cæteris diſciplinis non ſeparandam, ſed ipſis inſerendam eſſe præcepit: *Eſt enim Logice*, inquit (5), *& velut nos dicimus Rationalis, quæ verborum, dictorumque videtur continere rationes, proprietateſque, & improprietates, generaque, & ſpecies, & figuras ſingulorum quoque edocemur dictorum, quam*

 uti-

(1) Cap. 14. & 15. contra Creſc.
(2) Ad Orator. Magnum.
(3) De Doctr. Chriſt. cap. 40.
(4) In cap. 2. Iſaiæ.
(5) Prolog. in Cantic. Cantic.

utique diſciplinam non tam ſeparari, *quam inſeri cæteris convenit*, *& intexi*. At de his integra diſſertatione alibi diximus (1). Quam ob rem, quum de Theologis Scholaſticis, qui Sæculo XII. poſt Petrum Lombardum floruere ſermo ſit, eoſque Theologiam turpiter fœdaſſe cum Philoſophia miſcendo Recentiores nonnulli criminentur, falſum omnino id generatim eſſe oſtendam: ſummum imo & decus & ornamentum Theologicæ facultati addidiſſe dicam, quum nullus (Damaſceno ex Græcis, & Anſelmo ex Latinis excepto) ante ipſos vel pene nullus Univerſam Theologiam ordinata ratione, ut ſingula ex præiactis inferantur quœſitis, pertractaverit: Utrum id crimini verti iis debeat, an potius laudi, Lector facile per ſe ipſe dignoſcet.

Non equidem ignoro, quæ Bulœus (2) & Dupinus (3) referunt, complorantque, *ex altercationibus*, verba ſunt Bulœi, *Berengarianis & Nominalium* (a), *aliorumque diſputa-*

ta-

(a) Nominalium Princeps fuit Roſcellinus quidam

(1) Diſquiſitionibus noſtris Diſquiſ. 4. pag. 120.

(2) Tom. I. Sæc. 3. Hiſt. Univ. Pariſ.

(3) In Meth. ſtud. Theol. cap. 2.

tationibus prava quædam in Scholas artium, & Theologiæ auditoria irrepſit docendi ratio, & conſuetudo a veteri tramite omnino deflectens: In iis enim tunc nihil niſi clamores audiebantur, altercationes, novarum ſubtilitatum inventiones: Iſque cæteris præcellere putabatur, qui aliquid ingenioſius, & ſubtilius etiam cum veritatis diſpendio comminiſcebatur. Idipſum firmat Du-Pin: *In medio tandem*, ait, *ſæculi undecimi Philoſophiam Ariſtotelicam ad Arabum methodum in ſcholis publicis doceri cœpiſſe, eamque ab initio uſum tantum in Philoſophia habuiſſe, ſed homines principiis iſtis infectos paullo poſt eamdem in Theologiam pedetentim intuliſſe, iiſque non ſolum ad enucleandas, decidendaſque quæſtiones Theologicas ordinarias, ſed etiam ad formandas magno numero novas de quibus antea ne auditum quidem fuerat, ujos fuiſſe Ioannem ſophiſtam Roſcellinum, & S. Anſelmum inter primos fuiſſe, & poſt eum*

 Pe-

dam Sacerdos Compendii ortus, cui Occam dein ſubſcripſit, docuit Univerſale ſimplex tantum nomen, & literarum congeriem, quæ non naturam, quam eſſentiam Philoſophi vocant, explicat communem inferioribus; ſed tantum ipſamet inferiora ſive iunctim ſive ſeparatim.

Petrum Abœlardum, Gilbertum Porretanum, alioſque complures vulgatiſſimam, ac celebrem illam reddidiſſe lectionibus publicis ad eam inſtitutis.

Verum neque modo relata, neque aliud quidquam, quod dici poſſit, arguunt a Scholaſtica Theologia Sacram corruptam eſſe Facultatem, ſed Scholaſticos potius nonnullos ea abuſos fuiſſe, dumtaxat oſtenderet: At de primis Scholaſticis Doctoribus ne id quidem verum eſſe, ſi rem perpendemus intime, comperiemus: Equidem ut errores penitus everterent, & radicitus, eadem arma, quibus utebantur Adverſarii, tractare & ipſi debebant Catholici Doctores; Dialecticas illi proponebant argumentationes: ex Dialectica eruere & hos oportebat reſponſionum momenta: Ariſtotelea proponebant illi ſophiſmata ex Ariſtotelico penu & his neceſſe erat reſponſa ad illa aperienda, confodiendaque haurire. *Illa* equidem ait Irenæus (1) *eſt vera, & ſine contradictione probatio, quæ etiam ab Adverſariis ipſis ſigna teſtificationis profert.* Quin & Deo providente factum eſt, ne ſuperbi ex diſputationibus hœretici diſcederent, ut maiori ſubtilitate atque argutia

(1) Lib. 4. adverſ. hæreſ. cap. 14.

tia Catholici eſſent armati: Quis ſuperbienti obſtitiſſet Berengario in Romana Synodo, teſte Leone Oſtienſi (1), niſi Romani Concilii Patres acutiſſimum non oppoſuiſſent Albericum Caſſinenſem prius Monachum, tunc S. R. E. Cardinalem? *In Synodo Romana*, verba ſunt Oſtienſis, *neminem Berengario valuiſſe obſiſtere, ideoque Albericum evocatum fuiſſe ad Synodum, cumque poſt multos verborum conflictus, quum neuter cederet, unius hebdomadæ acceptis induciis, librum adverſus Diaconum edidiſſe, & omnes eius aſſertiones deſtruxiſſe.* Dialecticis argutiis Porretanus erroneas ſuas propoſuit ſententias, Dialectica ſubtilitate eas reiecit Bernardus: & ne longior ſim quam par eſt, illud hic adiiciam & Bulœum præiudicato animo, nec ſatis pacato ſcripſiſſe: dum ait: *Plerique* (2) *enim tum Ariſtotelicis regulis nimium tribuentes ſupra Paullum, & alios Evangeliſtas Magiſtrum ſuum Ariſtotelem extollebant*: Atquis id ex Theologis vel maxime Scholaſticis ſomniavit?

Nova, nec prius audita invexiſſe verborum monſtra queruntur alii: in dubium revocaſſe

K 4 quæ

(1) Chron. Lib. 3. cap. 35.
(2) Tom. 3. ad an. 1208.

quæ fide divina certa ſunt illacrymans Stephanus Tornacenſis Epiſcopus de ſui temporis Doctoribus, qui Scholaſtici dicebantur, Pontifici in hæc verba ſcribit (1): *Lapſa ſunt apud nos in confuſione Officinarum ſacrarum ſtudia litterarum, dum & diſcipuli ſolis novitatibus plaudunt, & Magiſtri gloriæ potius invigilant, quam doctrinæ: Novas, recenteſque ſummulas, & commentaria firmantia ſuper Theologiam paſſim conſcribunt, quibus Auditores ſuos demulceant, detineant, decipiant: Quaſi non dum ſufficerent Sanctorum opuſcula Patrum, quos eodem Spiritu Sacram Scripturam legimus expoſuiſſe, quo eam compoſuiſſe credimus Apoſtolos, & Prophetas .... Diſputatur publice contra Sacras conſtitutiones de incomprehenſibili Deitate: De Incarnatione Verbi verboſa caro, & ſanguis irreverenter litigat: Individua Trinitas in triviis ſecatur, & diſcerpitur: Ut tot iam ſint errores quot Doctores ... tot ſcandala quot auditoria, tot blaſphemiæ, quot plateæ &c.*

Scholaſticorum Ingenium in apta verborum novitate inducta commendari potius deberet, quam reprehendi: quum enim quotidie

(1) Apud Natal. Alex. Tom. VII. c. 6. Hiſt. Ec.

tidie novi oborti ſint errores, novæque ſtatuendæ ſint veritates, explicationeſque Catholicis dogmatibus convenientes, ut & verbis ipſis tuti eſſent, & preſſius rem exprimerent, apta vocabula protulerunt: non ſecus ac Conciliorum PP. ut apte explicarent omnimodam converſionem ſubſtantiæ Panis in Corpus, & Vini in Sanguinem Chriſti Domini, Tranſubſtantiationis voce uſi ſunt: ita & ipſi ſuas quoque, atque ad res explicandas aptas inuexere voces: & quum ex Dialectica ſive Ariſtotelis, ſive Arabum ortum errores haberent, eiuſque vocibus errantes ſua cogitata exponerent, ſimilibus enucleanda vocibus veritas erat aperienda: Profecto quæque Facultas ſuas habet voces, ut apportunitas exigit, & ut ſe dat neceſſitas, quemadmodum monet Tullius (1) *Dialectici, & Phyſici Verbis utuntur iis, quæ ipſi Græciæ nota non ſunt: Geometræ vero, Muſici, Grammatici etiam more quodam loquuntur ſuo: Item ipſæ Rethorum artes, quæ ſunt totæ forenſes, atque populares, verbis tamen in dicendo quaſi privatis utuntur, ac ſuis: atque ut omittam has artes elegantes, & ingenuas, ne opifices quidem*

(1) Lib. 3. de Finib.

dem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. Neque expectanda a Theologo eloquentia in dicendo, ſed Brevitas, & Perſpicuitas, *Bonorum ingeniorum*, inquit Auguſtinus (1) *inſignis eſt indoles, in verbis Verum amare, non verba. Quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire, quod volumus, non poteſt: aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus, niſi patere, quod clauſum eſt.*

Quod autem Stephanus Tornacenſis Epiſcopus, aliique tunc temporis Viri querebantur, quod in dubium ſtatuta iam Eccleſiæ dogmata revocarentur, quod Trinitas diſcerperetur, aliaque huiuſmodi: Id ſane ex eo erat, quod tunc primum Scholæ, atque Publicæ Academiæ inſtitutæ erant, in quibus Auditores Hæreticorum argumenta, altero proponente, diluente altero, exponebant: ex quo prima fronte videbatur, utraque pars ut probabilis in Scholis ſuſtineri pro libito. Quod abſonum ſane Tornacenſi erat, atque dignum ut a Pontifice omni prorſus modo vetaretur: Liquet id ex verbis Tornacenſis eiuſdem, qui ad veterum Patrum opuſcula pro-

(1) Lib. 4. de Doctr. Chriſt. cap. 11.

provocat, atque ea ſufficere ſcribit: ex quo in diſputationes, exercitationeſque in ſcholis habitas conclamitat: Individua Trinitas in triviis, inquit, ſecatur, cum contra Sabellium arguentes, Sabellii ſophiſmata ut deluerentur, proponebantur. Liquet ex Libello Gualterii qui Lombardum inter hæreticos numerans contra ipſum ſcripſit: *Contra manifeſtas, & damnatas etiam in Conciliis hæreſes, quas ſophiſtæ Abælardus, Lombardus, Petrus Pictavinus, & Gilbertus Porretanus Libris ſententiarum ſuarum acuunt, limant, roborant.* Quod Lombardo certe nullo modo convenit, cuius ſententiarum libri non modo damnati non fuerunt, ſed maximì habiti ſunt; immo ex eius docendi methodo, & validius errores refellebantur, & clarius catholica veritas eluceſcebat: Liquet tandem ex ſupra allatis Dupini verbis. Hoc perſpicue diſtinxit Doctor Angelicus, explicavitque (1): *Diſputatio autem*, inquiens, *ad duplicem finem poteſt ordinari. Quænam enim Diſputatio ordinatur ad removendam dubitationem, an ita ſit, & in tali diſputatione Theologica maxime utendum eſt auctoritatibus, quas recipiunt illi,*

(1) Quodlib. 4. art. 18.

illi, cum quibus diſputatur.... Quædam vero diſputatio eſt Magiſtralis in ſcholis non ad removendum errorem, ſed ad inſtruendum auditores, ut inducantur ad intellectum veritatis, quam intendit: & tunc oportet rationibus inniti inveſtigantibus veritatis radicem, & facientibus ſcire, quomodo ſit verum quod dicitur; alioquin ſi nudis auctoritatibus Magiſter quæſtionem determinet, certificabitur quidem Auditor, quod ita eſt, ſed nihil ſcientiæ, vel intellectus acquiret, ſed vacuus abſcedet.

Clarius idipſum docuit, dum inquirens num liceret Theologo Catholico de Anima Chriſti Domini quœſtionem ponere. *Non video*, inquit (1), *quare hoc non liceat, quum quotidie in ſcholis Magiſtrorum diſputetur etiam de aliis articulis Fidei, non propter dubitationem; ſed propter veritatis intellectum, & manifeſtationem, & confirmationem.*

Optimam autem Doctrinæ diſcendæ methodum, hanc, qua ſcholaſtici uſi ſunt, fuiſſe, nullus, qui ſapiat, negabit, quamque pluries Angelicus ipſe Doctor inſinuat, uſurpatque per dubitationem ſcilicet, & dubitatorum ſo-

(1) Opuſcul. 10. art. 32.

ſolutionem, ut ante ipſum Ariſtotilem, & poſt ipſum Carteſium docuiſſe, ſupra de Philoſophia agentes, diximus: *Expedit ei*, inquit S. Thomas (1), *qui vult cognoſcere aliquam veritatem, ſolvere dubitationes: quia ſolutio dubitatorum eſt inventio veritatis, & ita ad ſciendum veritatem, multum valent rationes contrariarum opinionum*. Et rurſus (2): *Neceſſe eſt*, ait, *eum qui debet audire Philoſophiam* (quod idem valet de quacumque facultate) *melius ſe habere in iudicando, ſi audierit omnes rationes quaſi adverſariorum dubitantium*. Huius rei rationem ſubdit luculentiſſimam docens ibidem: *Poſterior inveſtigatio veritatis nihil eſt aliud, quam ſolutio prius dubitatorum: manifeſtum eſt autem in ſolutione corporalium ligaminum, quod ille, qui ignorat vinculum, non poteſt ſolvere ipſum: Dubitatio autem de aliqua re, hoc modo ſe habet ad mentem, ſicut vinculum corporale ad corpus, & eumdem effectum demonſtrat. In quantum enim aliquis dubitat, in tantum patitur aliquid ſimile iis, qui ſunt ſtricte ligati: Sicut enim ille, qui habet pedes ligatos non*

(1) Lib. 1. de Cœl. Lect. 22.
(2) 3. Metaph. Lect. 1.

non poteſt in anteriora procedere ſecundum viam corporalem: ita ille qui dubitat, quaſi habens mentem ligatam, non poteſt ad anteriora procedere ſecundum viam ſpeculationis: & ideo ſicut ille qui vult ſolvere vinculum corporale, oportet, quod prius inſpiciat vinculum, & modum ligationis: ita ille qui vult ſolvere dubitationem, oportet, quod prius ſpeculetur omnes difficultates, & earum cauſſas.

Non inficior, ex Theologis non paucos poſtquam ſcholaſtica methodus inolevit in ſcholis rixandi libidine inflammatos, deque ingenii ſubtilitate decertantes, futiles quœſtiones in Theologiam intruſiſſe, atque in iis evoluendis, an potius involuendis & ſtudii, & temporis plurimum prodegiſſe, tam nullo ſtudioſiorum iuvenum bono, ut ii non raro poſt annos integros in palæſtra detenti de præſtantiſſima, ampliſſimaque facultate, nihil propemodum, quod ſcire operæ pretium foret, tenerent. Neque id ætate Berengarii, Roſcellini, Abælardi, Scoti Erigenæ, qui Dialecticis ſubtilitatibus Adverſarios ad argutas quidem, ſed ieiunas reſponſiones provocabant; Verum, quod doctiſſimi, probatiſſimique

que viri Ioannes Mabillonius (1) Ioannes Opſtraettus (2) Ludovicus Muratorius (a) aliique non ſine admiratione notarunt, factitatum id etiam fuiſſe poſt inductam a SS. Thoma, & Bonaventura rectam, ſimplicemque methodum: Hi enim futiles cavillationes, aridaque vitantes quœſita Theologicam ſcholaſticam facultatem illuſtrarunt. *Non modicum tamen*, ait Mabillonius, *poſt D. Thomam Theologicæ facultati a Neotericis derogatum eſt: futiles namque ſpeculationes, ſeu potius nugatorias cavillationes in ipſa eo uſque congeſſerunt, ut a gravitate illa, ac theologizandi Maieſtate in Chriſtifidelium lycœis omnino ſervanda multum receſſerit.* Quin immo ſubdit Opſtraettus: *Nouas quœſtiones ex ipſis S. Thomæ quœſtionibus, articulis, argumentis, ſententiis, verbis ſine ulla neceſſitate*

(a) *La Teologia ne' libri di S. Tommaſo ritenne ancora la ſua Maeſtà, ed una certa nobile ſemplicità, forza, e modeſtia: pregi che la rendono ſommamente ancora ai noſtri tempi commendabile; Non poſſiamo già dire così delle opere degli altri Teologi ſuſſeguenti.*

(1) De Stud. Monaſt. par. 2. cap. 6.

(2) Theol. Chriſt. par. 2. cap. 3.

(3) Riflef. ſopra il buon Guſto par. 2. cap. 10.

te vel utilitate excitarunt; tantoque ſibi Doctiores viſi ſunt, quanto ſubtilius poterant novam diſputandi materiam invenire; minime profecto in hoc imitati S. Thomam, qui conſiderans Sanctæ Doctrinæ ſtudioſos propter multiplicationem inutilium quæſtionum, articulorum, & argumentorum plurimum impediri, breviter, ac dilucide, (quantum ſcilicet illorum temporum circumſtantiæ patiebantur) Doctrinam ſacram proſequi tentavit. Noſtræ itaque partes erunt. Qui Theologus ſit oportet: Quave ratione Scholaſtica Theologia tractanda ſapienter ſit per canones nonnullos indicare.

Canon I. Utile non modo eſt Theologo ad firmandas, illuſtrandaſque Fidei veritates rationibus uti a Dialectica ductis, (quod pluribus in noſtris Diſquiſitionibus (1) demonſtravimus: & quia paucis pene omnia complexus eſt Doctiſſimus Emmanuel Calecas, Lectorem noſtrum non pigeat eius verba, quæ alibi retulimus, iterum hic in adnotationibus (*a*) percurrere); ſed neceſſarium

(*a*) *Qui Syllogiſmos, & Argumentationes penitus*

(1) Diſquiſitione IV. pag. 120. *De Uſu Rationis in Theologicis Quæſitis*.

rium etiam quandoque ipſi erit, q uum Ethnicum ſcilicet Scripturarum, Conciliorum, & Patrum auctoritates reſpuentem redarguere, & gradatim dein ad veritates alias amplexandas adducere velit.

CANON II. Caveat Theologus ne eodem pacto in omnibus theologicis quœſitis rationem a philoſophia petitam ducem velit. Nonnulla enim, quæ nobis credenda Fides proponit, & naturali lumine, & apertis, indubiiſque rationibus non probari modo, ſed indigitari propemodum poſſunt, ut ſunt quæ Ethnici admittunt, & in medium protulere Philoſophi, puta, quod *Exiſtat Deus: Eiuſque ſummæ ſint, nec alteri tribuendæ perfectiones: quod Animæ humanæ Spiritus ſint regendo corpori accommodati*,

L ipſæ

tus excludit a Theologia, primum id quod humanæ naturæ proprium eſt, & hominum inter ſe colloquium, & communionem tollet e medio: tum B. Paullum redarguet reprehendentem illos, qui ex adſpectabilibus rebus de Deo ratiocinari minime potuerant, & ex Creaturis agnoſcere Creatorem... Quin ipſius Salvatoris ſententiam labefactabit, qui ſcrutari Scripturas iubet: Perſpicuum eſt enim, eum qui Scripturas perſcrutatur, nonniſi argumentando legere... ad hæc ſibi ipſi quoque contrarius ille fuerit: nam quæ contra argumentationem dicit, ea, nonniſi argumentando, loquitur.

ipſæque æternum durent : Hæc ſane ratione firmentur, illuſtrentur, ab obiectis vindicentur. Philoſophicis quoque argumentis roborentur, quæ a Deo revelata, quæque naturalis ratio, quamvis non tam aperte, ſed veluti ſubobſcure indicat, ſuggeritque: cuiuſmodi eſſet, pœnam infligendam criminibus, præmium largiendum virtutibus, quod congruum ſane eſt, ut ab æquo, iuſtoque Legislatore concipiatur.

In iis vero Myſteriis, quæ humanum excedunt captum, qualis eſt *Divini Verbi Incarnatio*: *Perſonarum Divinarum Trinitas*, *atque*, *earumdem ſcilicet Naturæ Identitas*: *nec non ſublimia*, *abditaque alia divinæ Sapientiæ de Euchariſtiæ Sacramento &c. arcana*, irrito conatu, ne dicam inſano, humanis rationibus probare tentabit Theologus: neque enim humana ratio horum Iudex eſſe poterit, aut Criterium: & si ipſius ſuperat vires, & intelligentiam, qua vi, & ratione de illis iudicabit? Si ea non aſſequitur, quodnam ferre poterit iudicium? Manichœorum prius, dein Socinianorum, aliorumque tandem ætatis noſtræ huius furfuris hominum inſania fuit, hodieque eſt, omnia una ratione metiri, ea ut vera tantum admit-

mittere, quæ rationi congruunt, atque ipſa probari poſſunt, cætera reſpuere ut falſa, ſi ratione duce non probentur: *Se dicebant*, ait Auguſtinus loquens de Manichœis (1), *terribili auctoritate ſeparata, mera, ac ſimplici ratione, eoſ qui ſe audire vellent introducturos ad Deum, & omni errore liberaturos*: Et univerſe de aliis: *Conantur*, ait (2), *Auctoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ, quaſi rationis nomine, & pollicitatione ſuperare. Omnium enim hæreticorum quaſi regularis eſt iſta temeritas.*

CANON III. Sapientis tamen Theologi erit revelata a Deo Myſteria ab obiectis vindicare, atque tueri ſupra humanam, immo univerſam creatam intelligentiam ipſa eſſe; non tamen contra rationis lumen, & indubia omnibus, atque admiſſa Pronunciata: quod idem valet, atque (ut ſcholæ loquuntur) *Negative probare*, Quod præſtabit ſatis detegendo æquivocationes, & fallaces, quæ opponuntur, rationes diluendo, ut optime notavit S. Thomas (3): *De hoc primo admonere te volo*, inquit ad Cantorem Antiochenum, *quod in*

(1) Lib. de Utilit. credend. cap. 1.
(2) Epiſt. 118., alias 57. cap. 5.
(3) Opus. 3. contr. Græc., Armen., & Sarac. c. 2.

in diſputationibus contra Infideles de articulis Fidei non ad hoc conari debes, Fidem rationibus neceſſariis probes: hoc enim ſublimitati Fidei derogaret, cuius veritates non ſolum humanas mentes, ſed etiam Angelorum excedunt: a nobis autem creduntur, quia ab ipſo Deo revelatæ; Quia tamen, quod a ſumma veritate procedit falſum eſſe non poteſt, nec neceſſaria ratione impugnari valet, quod falſum non eſt, Fides noſtra neceſſariis rationibus ſicuti probari non poteſt, quia humanam mentem excedit, ita improbari neceſſaria ratione non poteſt propter ſui veritatem: Ad hoc igitur debet Chriſtiani diſputatoris intentio tendere in articulis Fidei, non ut Fidem probet, ſed ut Fidem defendat: unde & D. Petrus (1) *non dicit* Parati ſemper ad Probationem, ſed ad Satisfactionem, *ut ſcilicet rationabiliter oſtendatur non eſſe falſum, quod Fides catholica confitetur.*

Neque audiendus eſt hic Baelius, qui communi Theologorum doctrinæ refragatus, hoc in ſuo Dictionario (2) ſophiſma notatum reliquit: Si mortalium mens non attingit Fidei

(1) Epiſt. 2. cap. 3. verſ. 15.
(2) Verb. Manichœus.

dei myſteria, ut pote quæ ſuum excedunt captum, ſuaſque vires, nullomodo diluere obiecta poterit, quæ contra Trinitatis, Incarnationis &c. Myſteria fiunt: Si enim obiecta diluit, ea quippe comprehendit, atque aſſequitur: qua enim ratione obiecta reſpuere, & ratione refellere valeret, ſi quæ contra adducuntur, non intelligeret? Andabatarum ſane more, clauſis ſcilicet oculis, hoſtem neſciens vocibus, clamoribuſque aerem verberaret: Non eſt, inquam audiendus: Adverſariorum enim argumenta diluens non Myſteria probat, quæ ſane non a ratione, ſed a Deo revelante eſſe unice poſſunt; ſed ea, quæ contra Revelationem, nobiſque propoſitum ad credendum Myſterium apponuntur: quum nonniſi cavillationes, ſophiſmata, atque fallaces rationes, ut recte notat Auguſtinus, eſſe poſſint, difficile non eſt, ſophiſmata aperiendo, atque fallacem arguendi methodum demonſtrando, ut humana ratione diluantur. *Si ratio*, ait Auguſtinus (1), *contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta ſit, fallit veriſimilitudine: nam vera eſſe non poteſt*. Quod ſane ex Late-

(1) Epiſt. 143. alias 7. num. 7.

teranenſe V. (1) ſub Leone X. aperte ſtatutum novimus: *Quumque Verum Vero minime contradicat, omnem aſſertionem Veritati Illuminatæ Fidei contrariam, omnino falſam eſſe definimus*. Pronunciatum enim etiam apud Dialecticos eſt: *Verum vero non opponitur*. Paucis: Quod Deus ſit Unus in Eſſentia, & Tres ſint Perſonæ realiter diſtinctæ, quod ſane eſt Myſterium nobis propoſitum, id ſine revelatione divina nullo prorſus modo ſciri poteſt, nec ulla ratione probari, quum captum excedat Creaturarum; obiicienti vero id verum eſſe non poſſe, quia obſtat Pronunciatum lumine naturæ notum, atque ab omnibus admiſſum: *Quæ ſunt eadem cum uno tertio, ſunt eadem inter ſe*: Reſpondere difficile cuique non erit, ſi ad fallacem arguendi modum animum adiiciat: Id ſcilicet Verum eſſe, ſi Ea, de quibus ſermo eſt, ſint eadem in ea ratione, in qua ſunt unum; non vero ſi in una ratione ſint unum, in alia non ſint: at quum Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus ſint unum in ratione Naturæ, non in ratione Perſonarum ob *Oppoſitionem*, ut Theologi inquiunt, *Relativam*: hinc optime

(1) Seſſ. 8.

Digitized by Google

me ſtat, quod ſit Unus Deus, & Tres Divinæ Perſonæ.

Canon IV. Facilis non ſit Theologus ad pronunciandum, ferendumque in aliorum ſententias iudicium cenſuris Theologicis (*a*), quod

(*a*) Ad Canonis huiuſce clariorem intelligentiam, & praxim, iuvat hic breviter recolere Cenſurarum Theologicarum diverſitatem. Theologica Cenſura multiplex eſt.

Primo igitur Hæretica dicitur Aſſertio, quæ manifeſte, & directim adverſatur catholico dogmati, ſeu poſitioni in Verbo Dei ſcripto, vel tradito contentæ, & nobis ab Eccleſia propoſitæ, ad credendum: Talis eſt illa: *Corpus Chriſti non eſt vere, realiter, & ſubſtantialiter præſens in Eucharistia*: adverſatur enim Catholico dogmati ab Eccleſia Univerſa ſemper tradito, & in Concilio Romano ſub Gregorio VII. & in Synodo Tridentina (1) Fidelibus ad credendum propoſito: ubi *Si quis negaverit in Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento contineri vere, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & ſanguinem una cum Anima, & Divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum, ſed dixerit tantummodo eſſe in eo, ut in ſigno, vel figura, aut virtute, Anathema ſit.*

Notandum tamen hic cum Auguſtino (2), Hæreticos nec haberi ullo pacto, nec dici poſſe eos, qui

(1) Seſſ. 13. can. I.
(2) Lib. 4. de Baptiſ. contra Donatum cap. 16.

quod ſane levitatis indicium erit, atque inſcitiæ, ut recte monet Albertus Pighius (1) *No-*

qui ante Eccleſiæ definitionem errorem aliquem docuerint ut Iuſtino, Irenæo, Apollinari accidiſſe conſtat, qui Papiæ Hieropolitani Epiſcopi opinionem amplexati, Chriſtum Dominum in hac terra cum Sanctis regnaturum docuerunt: *Iſtum*, ait Auguſtinus (2), *nondum Hæreticum dico, niſi manifeſtata ſibi Doctrina catholicæ Fidei reſiſtere maluerit, & illud, quod tenebat elegerit.*

Erronea, vel Errori, aut hæreſi Proxima: Sapiens hæreſim, aut errorem: Favens hæreſi, aut errori Propoſitio dicitur, quæ opponitur doctrinæ, quæ eſt iuxta unanimem Sanctorum Patrum, & Doctorum Eccleſiæ ſenſum, ſed non dum ab Eccleſia definita: Vel quæ licet ipſa non ſit aperte & ſingillatim definita, ea tamen negata: & alia negari deberet Veritas iam definita, ut eſſet *Chriſtus non eſt Riſibilis*, ex qua inferretur hæc alia, *Chriſtus non eſt homo*, cuius oppoſita eſt Revelata: *Chriſtus vere, & proprie eſt homo*, ut contra Marcionem, & Apollinarem definiuit Eccleſia in Concilio Conſtantinopolitano II. ſedente in Petri Cathedra Damaſo Pontifice.

Temeraria dicitur illa, qua ſine gravi fundamento aliquid contra communem Doctorum ſenſum indubitanter, & firme ſtatuitur, ſeu ut aliis placet, quæ nullo gravi Doctore, nulla firma ratione extra com-

(1) De Iuſtific. Theol. cap. 4.
(2) Lib. 4. de Baptiſmo contra Donat. cap. 16.

Noſtrum plerique, inquiens, *quum nihil di-dicerint, quam quæ in Sorbonis, & Scholis au-*

communem Theologorum ſenſum vagatur, ut ſi quis B. Virginem in Cœlum, etiam quo ad Corpus, aſſumptam eſſe negaverit.

Captioſa dicitur, Aſſertio quæ ad falſam, hæreticam, aut erroneam Doctrinam ex loquentis ſenſu (qui colligitur ex totius operis contextu, & ex iis, quæ alibi docet) refertur; quum eam cæteroqui nudis verbis non indicet, ut ſi quis diceret: *Fides iuſtificat*, quæ licet ſententia Apoſtoli ſit; ſi tamen in Lutheranis libris legatur captioſa eſt: Lutheranorum quippe falſa Doctrina eſt: Fidem ſine *charitate* iuſtificare.

Schiſmatica eſt, quæ retrahit ab unitate, & ſubiectione Legitimo Capiti, ut ea eſt, quæ enunciat, Romanum Pontificem non eſſe Eccleſiæ Caput.

Iniurioſa, quæ Perſonam, vel hominum cætum aliquem contumelia afficeret. Quod ſi de Deo, de Deipara, & Sanctis pronuncietur, Blaſphema erit.

Scandaloſa, quæ Chriſtifidelibus occaſionem præbet ſpiritualis ruinæ ad vitia ipſos inducens, aut a virtutibus avertens, ut ſi quis diceret intolerabilem legem ieiunii ab Eccleſia ſtatutam.

Piarum aurium offenſiva eſt, quæ licet falſum non contineat, verbis tamen minus cautis conſtat, qualis iſta eſſet S. Petre *periure* ora pro me.

Ma-

Digitized by Google

audire conſueverunt, non ferunt iis contradici ab aliquo, ne quid ignoraſſe videantur; ſed ea univerſa, tametſi parum ſana, velut definitiones certas, & Eccleſiaſtica dogmata nobis proferant. Qua de re queſtus etiam eſt cum Alberto Moguntino Archiepiſcopo Eraſmus (1): *Nunc alia res eſt*, ait, *Hæreſeos crimen, & tamen ob quamlibet levem cauſ- ſam*

Male ſonans eſt cuius ſententia fidei quidem veritati congruit, ſed, incongruis, ineptiſque verbis exprimitur, vel ut alii explicant: Propoſitio, quæ in duplici ſenſu ſumi poteſt altero Catholico, Erroneo altero, ut ſi quis loquens de Divinis Perſonis diceret *Pater eſt Cauſſa Filii*: Etenim licet aſſertionem hanc prolatam invenerit apud Athanaſium, Baſilium, alioſque Græcos Eccleſiæ Catholicæ Patres. *Apud Latinos*, ait S. Thomas (2) *autem non eſt conſuetum, quod Pater dicatur Cauſſa Filii, vel Spiritus Sancti; ſed ſolum Principium, vel Auctor .... Nec tamen*, paullo poſt ſubdit, *intelligendum eſt, quod Sancti prædicti, qui nomine Cauſſæ, & Cauſſati utuntur in Divinis Perſonis intendant diverſitatem Naturæ inducere, aut Filium eſſe Creaturam, ſed per hoc volunt oſtendere ſolam originem Perſonarum, ſicut nos Nomine Principii.* Quare male ſonaret apud Latinos dicere Patrem eſſe Cauſſam Filii in Divinis.

(1) Lib. 12. epiſt. 10.
(2) Contra Græc. error. Opuſc. 1, cap. 1.

ſam ſtatim hoc habent in ore, Hæreſis eſt. Olim Hæreticus habebatur, qui diſſentiebat ab Evangeliis, ab articulis Fidei, ab his, quæ cum his parem obtinent auctoritatem, nunc ſi quis unquam diſſentiat a Thoma, vocatur Hæreticus: immo ſi quis a commentitia ratione, quam heri ſophiſta quiſpiam in ſcholis commentus eſt. Quidquid non placet, quidquid non intelligunt, hæreſis eſt. Quod & diſplicuit Cl. Vives (1) qui: *Nunc*, inquit, *quæcumque ab ſcholæ placitis diſſident, ſcholaſtico Theologo ſunt hæretica: quod crimen ita vulgatum eſt, ut rebus quoque leviſſimis impingatur, quum ſit ipſum per ſe atrociſſimum*: Quamobrem ſapientiſſime Cl. Canus: *Arguendi*, ait, *ſunt* (2) *Scholaſtici nonnulli, qui ex opinionum, quas in ſchola acceperunt, præiudiciis, viros alios catholicos notis gravioribus inurunt, idque tanta facilitate, ut merito rideantur.*

Canon V. Præoccupati, & non Veritatem inquirentis animi eſt, eas tantum opiniones, ut veras habere, atque pro aris, & focis tueri, quas infantes in ſcholis veluti lac

(1) Lib. I. de Cauſſ. Corrupt. Art.
(2) Lib. 8. de Loc. Theologicis.

lac ſuximus, nihil magis pernicioſum in Veritate Theologica aſſequenda excogitari poſſe, quam ſcholarum Doctrinis addictionem putarunt Viri omni exceptione maiores Ludovicus Carbaial (*a*), Alphonſus de Caſtro (*b*), & ne longior ſim Xantes Pagnini (*c*).

CA-

(*a*) *Eſt autem prudentum ingenuorum* (1) *ac illuſtrium Virorum, ne rebus primo ſemel acceptis ſerviliter in hæreſcant, ut ait Theodoretus, neve patriis moribus illigentur, ſed ut ipſam veritatem perquirant.... Unde mihi non probantur, qui ſuorum Doctorum ſententias per fas, nefaſque propugnant: in hoc enim e diametro Evangelio adverſantur, in quo non* Nominales, *aut* Reales, *ſed Chriſtum imitari iubemur unicum vindicem Veritatis.*

(*b*) *Fateor me* (2) *non poſſe cohibere iracundiam, quoties video aliquos ita addictos hominum aliquorum ſcriptis, ut impium autument, ſi quid vel in modica re quis ab eorum ſententia diſcedat, volunt enim hominum ſcripta velut divorum oracula recipi, illumque honorem illis exiberi, qui ſolis ſacris litteris debetur: Non enim iuravimus in verba hominis, ſed in verba Dei: Ego enim miſerrimam hanc dicerem ſervitutem, ſic eſſe humanæ ſententiæ addictum, ut non liceat ullo modo illi repugnare.*

(*a*) Sentit idem Melchior Canus (3) Ludovicus An-

(1) Epiſt. ad Carolum V. de Reſtituta Theolog.

(2) Contra hæreſ. Lib. 1. cap. 7. lit. C.

(3) Lib. 9. de Loc. Theolog. cap. 7.

Canon VI. Quæ Fidei non repugnant non ſic a Theologo aſſerantur, ut ad ſacram Doctrinam pertineant, vel ſacræ Doctrinæ oppoſita dicantur, quum Fidei veritatibus hoc maxime derogat, ut notat S. Thomas (*a*) ex Au-

Antonius Muratori (1), Ioannes Maldonati (2). Richardus Simonius (3) aliique nec pauci, nec ignobiles Theologi.

(*a*) *Multum*, ait (4), *nocet talia, quæ ad pietatis Doctrinam non ſpectant vel aſſerere, vel negare, quaſi pertinentia ad ſacram Doctrinam... Quod autem obſit manifeſtat Auguſtinus in* 1. *ſup. Geneſ. ad Lit.* 127. Turpe eſt, *inquit*, nimis & pernicioſum, ac maxime cavendum, ut Chriſtianum de his rebus, quaſi ſecundum Chriſtianas litteras loquentem, ita delirare quilibet infidelis audiat, ut quemadmodum dicitur toto cœlo aberrare conſpiciens riſum tenere vix poſſit, & non tam moleſtum eſt, quod errans homo videatur, ſed quod Auctores noſtri ab eis, qui foris ſunt, ſenſiſſe creduntur, & cum magno eorum exitio, de quorum ſalute ſatagimus tamquam indocti reprehenduntur, & reſpuuntur. *Unde mihi videtur tutius eſſe, ut hæc, quæ*

(1) Rifleſſioni ſopra il buon guſto part. 2. cap. 10.

(2) Orat. Lutetiæ habit. 1574. In Claromontano Soc. Ieſu Collegio.

(3) Rac. Hiſt. Critic. N. Teſt.

(4) Opuſc. 9.

(5) Cap. 19. num. 39.

Auguſtino. Imprudenter hoc laborant vitio Theologi illi, qui veluti aſſuetudine ducti a cenſuris non abſtinent, & ſuis addicti ſcholis de Fide certum putant, quod ab ipſis docentur, & erroneum, quod alii in ipſos opinantur.

Canon VII. Non levi crimine ſugillatur Theologus, ætate præſertim hac noſtra, in qua detecta ſunt ſuperiorum temporum ſphalmata, & placita ad exactam appenſa ſunt lance, ſi hiſtoria ſive Sacra, ſive Eccle-

quæ Philoſophi communes ſenſerunt, & noſtræ Fidei non repugnant, nec ſic aſſerenda, ut dogmata Fidei, licet aliquando ſub nomine Philoſophorum introducantur, neque ſic eſſe neganda tamquam Fidei contraria: ne ſapientibus huius mundi contemnendi doctrinam Fidei occaſio præbeatur. Quod ſi hæc apte ſapienterque de Philoſophicis quæſitis monet Auguſtinus, & poſt ipſum S. Thomas, potiori iure de Controverſiis Theologicis, in quibus ſpecimen aliquod ex ſacris litteris, & Patribus ſumi poteſt: Quæ enim in catholicis ſcholis agitantur quœſita probabilitatis fines non excedunt. *Theologi nomen*, ait Cl. Natalis Alexander (1), *non meretur, qui non intelligit quid pertineat ad Fidem, quid in opinione poſitum ſit. Eccleſiæ Cauſſæ magis nocet, quam proſit, qui contra hæreticos diſputans, humanas opiniones a catholicis dogmatibus non diſcernit.*

(1) Tom. 4. Diſſert. 45. Hiſt. Eccleſ. Schol. 2.

cleſiaſtica, ſive prophana vacuus ſit, & ieiunus: quippe dum ex Conciliis, & Patribus Fidei dogmata probare debet & firmare, ſciat oportet errores, atque hæreſes, in quo ſenſu, a quibus Conciliis, (quum plures eiuſdem nominis ſint), quo ſcilicet anno, quo ſub Pontifice, & Principe habita ſunt; Sanctorum Patrum non interruptam ſententiam, ex qua Traditio in Eccleſia orta eſt, ex quibus ea Concilii Patres decreverint. Quæ ſane ſine Eccleſiaſticæ hiſtoriæ non levi cognitione haberi non poſſunt: & quoniam Prophana hiſtoria Eccleſiaſticam illuſtrat in pluribus, occaſionem ſcilicet referens erroris, prophana quoque hiſtoria inſtructus ſit oportet: hæc ſapienter monet Auctor Methodi qua Theologicæ Facultati danda eſt opera (1) Quin & Cl. Carolus du Pleſſis (2) *Viri omnes*, inquit, *docti conſentiunt, rudes omnino Theologos illos in quorum lucubrationibus Hiſtoria muta eſt. Mihi quidem non Theologi ſolum, ſed nulli ſatis eruditi videntur, quibus res olim geſtæ ignotæ ſunt. Multa enim nobis e theſauris ſuis hiſtoria ſuppeditat, quibus ſi carea-*

(1) Cap. 3.

(2) In Element. Theologic. cap. 14. de Humen. Hiſt. Auctor. tom. 1.

reamus & in Theologia, & in quacumque ferme alia facultate inopes ſæpe numero, & indocti reperiemur. Quum vero pateat quandoque in re quondam geſta Theologicæ diſputationis cardinem verti, quis eſt hic, qui neget interdum etiam in ſcholaſtica diſputatione opus eſſe ex annalium monumentis teſtes excitare clariſſimos veritatis? & certe quantum hiſtoriæ cognitione Theologus indigeat abunde magno argumento ſunt plures tum e Veteribus, tum e Recentioribus ſcholaſticis, qui eius ignoratione ſunt in varios errores lapſi: Nec ipſum quidem D. Thomam Scholaſticorum Principem excipio, qui quum in rebus criticis, tum in hiſtoria parum verſatus erat, non ſuo, ſed illus ætatis vitio (a).

CA-

(a) S. Thomam reprehendunt, quod facile aſſenſerit Animam Traiani precibus S. Gregorii ab inferis liberatam crediderit (1). Item quod S. Lucas imaginem Chriſti Domini, & B. Virginis, ex Damaſceni, auctoritate pinxiſſe affirmaverit (2). De primo vide Natalem Alexandrum (3), Hiacynthum Serry de altero (4).

(1) In Supplem. quœſt. 73. art. 5. ad 5.

(2) Tert. Sent. Diſſ. 9. q. 1. art. 2.

(3) Hiſt. Eccleſ. Sæc. 2. Tom. 3.

(4) Exercit. 47. num. 13.

Canon VIII. Inutiles omnino Quæſtiones Theologus vitet: neque illas ſolum dico, quæ indignæ, ut in Theologicis palæſtris locum haberent, (olim enim ingenia torquebant potius, quam exercebant, de quibus Sylvanus Regis Conſtantinus Grimaldi, aliique nominatiſſimi in litteratorum cætu Viri non ſine ſtomacho meminerunt (*a*), ſed ab iis etiam quæ metaphyſicis ſubtilitatibus innixæ vel ad Theologicam facultatem nihil attinent, vel ſi ad ea referri poſſunt, non theologice tractantur, ſed ratiunculis, & ſophiſmatis ſuſtinentur, magna temporis jactura, ut dolet Cl. Dionyſius Petauius (*b*): Ingeniorum abuti-

M mur

(*a*) *An Angelus Gabriel apparuerit* (Virgini (1)) *in ſpecie ſerpentina, Columbina, an Humana. In quo ſexu apparuerit, in qua ætate: An in veſte candida, an bicolorata, an ſordida, an alba, An in ortu diei, an in meridie, an in Veſpere. Quis fuerit color capillorum Virginis, quis oculorum. An ſciverit artes Mechanicas, an Liberales, an Grammaticam, an Rethoricam, an Logicam, Phyſicam &c.*

(*b*) *Quin etiam*, ait (2), *ſi ſapiat, & laboris, ac temporis facere compendium velit, mihi iſtud animadvertat, ut in communibus etiam & ſcholarum*

(1) Apud Coſtantinum Grimaldi Riſpoſta alla Prim. Apologetica di Bened. Alec. pag. 356.

(2) Proleg. Theol. Dogm. Tom. 1, cap. 6. num. 7.

mur acie & Theologica Facultas ob hæterodoxis irridetur: hoc Viri Theologi de ante actis quœruntur temporibus; atque utinam de ætate hac noſtra merito etiam, ſi viverent, deflendum hoc ipſum ipſis non eſſet.

Horum vitium, atque errores exponit aperte Eminentiſſimus Gotti (1) *Multi ſane*, inquit, *& quidem docte elaborati Theologici curſus apud noſtrates ſive prælo iam editi, ſive manu exarati in dies diſcipulorum, & noſtris oculis ſubiiciuntur; ſed quorum non modica pars pure ſcholaſticis quæſtionibus, & metaphyſicis ſubtilitatibus, ac tricis plus æquo indulgens iuvenes pene ieiunos dimittat in veritatibus vere theologicis, & ſolum ad nauſeam uſque refertos diſputationibus ad Fidei nerum uſum detritis controverſiis ne ſit in inquirendo nimius, altiuſve quam neceſſe ſit, mentis defigat aciem, ut propoſitæ quæſtionis oras omnes, & ſinus, ac receſſus peragrare cupiat, ne quid ſit cuius illi ratio non conſtet. Habet enim infinita illa curioſitas tum ingratam, ac faſtidii plenam operam, tum iacturam rei omnium pretioſiſſimæ temporis, quod utilius in rebus aliis hac impenſa dignioribus occupari potuit: Tum male apud homines audit ea nomine plerumque Theologia, & in eorum ſermones, ac reprehenſiones, non prorſus negligentes incidit.* I

(1) Præf. Theol. Scolaſt. Dogm. iuxta men. D. Th.

negotium, aut ſacram eruditionem minime conducentibus: adeo ut interrogati de catholica veritate adverſus hæreticos, & de controverſiis, quæ a Lutheranis, Calviniſtis, Anabaptiſtis, Socinianis, & id genus hominibus Catholicos ſecernunt, nec controverſiæ ſtatum, ne dicam nomen, exponere noverint, ac Theologicam metam attigiſſe ſibi adulentur: etiamſi quid inter illos, & nos, ſeu quid illos invicem interſit, nec e limine conſpexerint. Verum utinam novum hoc eſſet infortunium. Utinam hoc præcaviſſent, animumque ad ſeria, veroque Theologo digna convertentes, magis quam Ariſtotelem, Scripturam Sacram, Traditiones, Concilia, Patres conſuluiſſent Theologi quidam, qui cum Luthero negotium ſuſcepere &c.

De Ioanne enim Scoto Erigena Pariſienſis Academiæ Rectore, qui Sæculo nono vixit ex Bulœo accepimus, Ipſum non inutiles, futileſque modo quœſtiones pertractaſſe, ſed quum has ipſas infirmis rationum momentis, ſeu verius dicam ſophiſmatibus probaverit in errores incidiſſe, eodem teſte Bulœo novimus, qui epiſtolam Nicolai I. Pontificis ad Carolum Caluum

refert (*a*): *Ille autem*, verba ſunt Cæſaris Egaſſii Bulœi (1), *Excogitandis terminorum Philoſophicorum ſubtilitatibus ita animum addixerat, ut iactaret, ſe quamcumque quœſtionem etiam Theologicam ſolvere poſſe Philoſophiæ theorematibus, & Principiis. Unde primo capiti ſui operis præfixerat hunc titulum*. Quadrivio regularum totius Philoſophiæ quatuor omnem Quœſtionem ſolui poſſe. *Hoc eſt quaternis Philoſophiæ regulis, quarum hanc primam*

(a) *Præſertim quum idem* (2) *Ioannes multæ ſcientiæ eſſe prædicetur olim, ſed non ſane ſapere in quibuſdam frequenti rumore dicatur: hinc eſt, quod dilectioni veſtræ vehementer rogantes mandamus, quatenus Apoſtolatui noſtro prædictum Ioannem repræſentari faciatis, aut certe Pariſiis in ſtudio, cuius Capital iam olim fuiſſe perhibetur, morari non ſinatis: ne cum tritico ſacri eloquii grana zizaniæ, & lolii miſcere dignoſcatur, & panem quœrentibus venenum porrigat*. Ex ipſo, eiuſque diſputandi methodo hæreſim profluxiſſe, quod ſcilicet in Euchariſtiæ Sacramento nullo modo ſit verum, & reale Chriſti Domini corpus, & Sanguis, ſed ipſorum dumtaxat memoria; atque hæreſis huius Principem Ioannem hunc Scotum Erigenam fuiſſe, Auctor eſt Bulœus idem (3).

(1) Tom. I. in Synopſ. 3. Sæc.

(2) Tom. I. ad annum 860. Hiſt. Univerſ. Pariſ.

(3) In Synop. 3. Sæc. tom. I.

mam adſtruebat, Philoſophiam, & Religionem unum & idem eſſe: & quatuor his Philoſophiæ partibus diviſiva, definitiva, demonſtrativa, & reſolutiva Prædeſtinationis Myſterium recte poſſe inveniri. Idem ex quatuor elementis Paradiſum, & Inferos componebat: aiebat dæmones ante peccatum in aere conſtitutos: itaque Domicilium, ſedemque Beatorum eſſe ſphæram ignis, damnatorum vero ſphæram aeris: Beatos reſurgentes aſſumpturos corpus ignis, ut in igne in æternum vivere poſſint, damnatos corpus aereum, ut ab igne torqueantur. Hæc & alia multa ſomniabat Ariſtotelicæ lectioni nimis addictus.

Idipſum firmat Illuſtriſſimus Melchior Canus (1). *Hoc vero ſæculo fuiſſe etiam in Academiis multos, qui omnem ferme Theologiæ diſputationem ſophiſticis, ineptiſque rationibus tranſegerint, utinam ipſi non fuiſſemus exempti. Egit autem Diabolus, quod ſine lacrymis non queo dicere, ut quo tempore adverſum ingruentes ex Germania hæreſes, oportebat Scholæ Theologos optimis eſſe armis inſtructos, eo nulla prorſus haberent, niſi arundines longas, arma videlicet levia puerorum. Ita irriſi*

(1) De Loc. Theol. Lib. 9. cap. 1.

riſi ſunt a pleriſque, ac merito irriſi; quoniam veræ Theologiæ ſolidam effigiem nullam tenebant: umbris utebantur, eaſque ipſas utinam ſequerentur. Ferantur enim e Scripturæ Sacræ principiis, cuius iſti vel umbras non ſunt aſſequuti; quocirca homines verbotenus in Theologia Magiſtri, pugnavere illi quidem adverſum Eccleſiæ inimicos, ſed valde tamen infeliciter.

Negare non poſſumus, ait Gabriel Vaſquez (1) *fuiſſe in ſchola permultos Theologos, qui quæſtiones Theologicas frivolis rationibus tractaverint, in quibus rariſſima ſunt Scripturæ teſtimonia... Miſcentur etiam ab iis interdum quæſtiones Philoſophicæ aut Metaphyſicæ pueriles ſane, & quæ ad res Theologicas parum ſunt accommodatæ.*

Cum his ſentit etiam Ioannes Maldonatus (2) *Nolim*, ait, *eas quæſtiones in Theologicis ſcholis umquam audiri: An Corpus Chriſti oportuerit eſſe in Euchariſtia ante incarnationem eodem modo, quo nunc eſt? An Filius Dei fieri potuerit Fœmina? An potuerit aſſumere na-*

(1) Diſp. 3. in part. D. Th. cap. 3.

(2) Orat. habita 1574. In Collegio Soc. Ieſ. Claromont.

naturam neſcio quam, quam pudet me ſatis nominare: Deinde rebus aut inutilibus, aut alienis, aut ridiculis abſtinendum eſſe cenſeo. .....Non eſt, addit idem Vir Clariſſimus, *Theologia, mea quidem ſententia, ita tractanda, ut hæreticis riſum moveat, ſed ita ut terrorem incutiat: maleque de ea mereri mihi videntur ii, qui dum eam maxime augere, & amplificare iſtis non neceſſariis volent, maxime ridiculam faciunt. Non refert quam longa, quam lata, quam ſubtilis habenda ſit, ſed refert quam Vera, quam Utilis Eccleſiæ, quam Gravis, quam Fortis, quam hæreticis Formidabilis.*

Cenſuras eaſdem proferunt, ac quœrimonias Natalis Alexander (1), Petrus Sylvanus Regis (2), Ludovicus Muratori (3), Hiacynthus Serry (4), Eminentiſſimus Iacobus Davy Du Perron (5), aliique Sacræ Theologiæ Doctores.

(1) Hiſt. Ecclef. Sæc. 4. Diſſ. 45.
(2) Dell' uſo della Ragione, e della Fede Lib. 3. cap. 19. 20.
(3) Riflef. ſopra il buon guſto par. 2. cap. 10.
(4) In Exercit. Hiſt. Crit. Exercit. 33.
(5) Rifutazione del Lib. di Dupleſſis Mornay lib. 3. cap. 20.

Canon IX. *Ex Auctorum omnium ſcholaſticorum communi ſententia in re quidem gravi uſque adeo probabilia ſumuntur argumenta, ut illis refragari temerarium ſit: Concordi omnium Theologorum ſcholæ de Fide, aut moribus ſententiam contradicere, ſi hæreſis non eſt, at hæreſi proximum eſt,* ait Illuſtriſſimus Canus (1). In rebus enim hiſce hi ſapientiores ſunt, & habentur, & ſi rem ad trutinam revocatam adprobant, maxime difficile eſt decipi: & reapſe PP. Concilii Viennenſis ſententiam docentem in Baptiſmo conferri *Gratiam informantem, & Virtutes* ex Theologorum auctoritate definierunt.

Canon X. Si pro aliqua opinione pugnent multi numero Theologi, & oppoſitam ſententiam tueantur alii numero inferiores, pro illorum opinione potius ſtandum, pro quibus luculentiora militant Scripturarum teſtimonia, Conciliorum Sanctiones, & SS. Patrum auctoritates, ualidioreſque rationes.

Canon XI. In puris, putiſque Philoſophicis quœſitis Theologorum auctoritas tanti valet, quanti eorum ratio: ſunt quippe ut

(1) De Locis Theolog. Lib. 8. cap. 4. concl. 2.

ut plurimum alicui ſcholæ addicti : non enim maius rationum pondus ipſi addunt, quam ſcholæ, quarum opiniones proferunt: Fuſe id probavimus de Sanctoruui Patrum auctoritate in Diſquiſitionibus noſtris (1) : potiori ergo iure id deTheologis affirmamus.

Hæc ſunt quæ Scholaſticis nonnullis Theologis vitio vertuntur & crimini ; quæ ſane Theologicam facultatem inutilem maiori ex parte, mancam, & ſi mavis, heterodoxis deſpiciendam reddunt : Sunt vero ex altera parte qui, ut initio huius capitis diximus, vel calore pugnæ acti, vel pro una, putaque dogmatica, neſcio qua ratione, ſtantes, & Patrum, & Doctorum hominum ſententias proferentes, in Scholaſticos, & quod gravius eſt in Scholaſticam Theologiam, invehuntur, non ſatis explorato diſcernentes, in quos, vel qua occaſione, quæ ex Patribus in medium ipſi adducunt, a Patribus dicta ſint.

Primo quidem remis, veliſque contendunt nullo prorſus modo ea, quæ ad Fidei Dogmata non pertinent a Theologo tractanda eſſe : quod ut probent, auctoritatem obtrudunt S. Cy-

(1) Diſquiſit. 3. De SS. Patrum auctoritate in Philoſophicis Quæſitis pag. 93.

S. Cyrilli Hieroſolymitani, qui hæc habet: *Deum* (1) *quidem habere Filium, crede: quinam vero id fiat, ne curioſe quærito; non enim quærendo reperies: non extollas te, ne decidas: quæ mandata ſunt tibi, ea ſolum cogita*. Item S. Irenæi, dicentis. *Neque Angeli, neque Archangeli, neque Principes, neque Poteſtates, niſi ſolus qui generavit Pater, & qui natus eſt Filius*. Similia habent Hilarius (3), Chryſoſtomus (4), Gregorius Nazianzenus (5) *Quomodo genitus eſt?* inquit, (*idem enim indignabundus repeto*) *Dei Generatio honoretur ſilentio*.

Verum hæc, aliaque Patrum teſtimonia firmant quod ſupra diximus, non eſſe ſcilicet exponenda, neque attingenda in Catecheſi, & in Poſitiva Theologia, ut ſupra definivimus, & a Polemyca, & Scholaſtica diſtinximus. Res eſt luce clarior, quippe adducti Patres & in Catecheſi hoc præcipiunt, ut Cyrillus Hieroſolymitanus, vel in Populorum Inſtructione, ubi eos docent Fidei Myſteria credenda, ſubi-

(1) Catecheſ. 11.
(2) Lib. 2. cap. 48. adverſ. hæreſ.
(3) Lib. 2. De Inenarrabili Gener. Filii.
(4) Orat. 1. De Incomprehenſibili.
(5) Orat. de Fide.

biiciendo intellectum in eius obſequium, non perſcrutando quomodo id ſit, ut Chryſoſtomus, vel toti ipſi ſunt contra Eunomianos, qui ſe ſe Filii Generationem, aliaquæ Divina arcana comprehendere iactabant, ut optime notat Dionyſius Petavius (*a*): Non ergo per ipſos Catholicis interdictum erat, hæc diſſerere, & humano quodam modo illuſtrare: atque id ipſum ſubmiſſo animo profitentes ſe nec aſſequi poſſe, nec pro dignitate de eis dicere, exemplo SS. Patrum Hilarii, & Auguſtini, quorum primus Duodecim, alter Quindecim de Trinitatis Myſterio libros dederunt, ubi rem illuſtrare, quantum humanæ conceſſum erat infirmitati, conati ſunt: Hilarius ſiquidem: *Si qua nos*, inquit (1), *De*

(*a*) *In quo Veterum* (2) *Theologorum Sanctiſſimorum, & eruditiſſimorum hominum laudanda, & imitanda modeſtia eſt, qui hoc uno contenti, quod, & ſimplex Fidei diſciplina tradidit, & in ſacris litteris oſtenditur: nefas eſſe indicarunt ultra hoc inquirendo, diſputandoque progredi, ac neque modum generationis illius, & rationem perſcrutari Catholicos paſſi ſunt, & hoc ipſum ſcire ſe profitentes hæreticos præſertim Eunomianos, partim invictis argumentis, partim ludibriis oppreſſerunt.*

(1) Lib. 1. num. 13.

(2) Tom. 2. Lib. 5. cap. 6. num. 2.

De natura Dei, & Nativitate tractantes comparationum exempla afferemus, nemo ea exiſtimet abſolutæ in ſe rationis perfectionem continere. Comparatio enim terrenorum ad Deum nulla eſt, ſed infirmitas noſtra intelligentiæ cogi ſpecies quaſdam, ex inferioribus tamquam ſuperiorum indices quærere, ut rerum familiarium conſuetudine admonente, ex ſenſus noſtri conſcientia ad inſoliti ſenſus opinionem educeremur. Auguſtinus vero ſuorum Librorum initio aperte docet, ſe ratione etiam uti, quantum ipſi fas eſt, ut ea explicet: cuius verba hic ſubiiciemus (*a*), quippe ad rem

(*a*) *Quod autem petis* (1), *ut Quæſtionem Trinitatis, hoc eſt de Unitate Divinitatis, & Diſcretione Perſonarum caute, prudenterque diſcutiam, ut Doctrinæ meæ, ſicut dicis, ingeniique ſerenitas, ita nebulam veſtræ mentis abſtergat, ut quod nunc cogitare non potes, intelligentiæ a me lumine declarationis quodammodo videre poſſitis: Vide prius utrum iſta petitio cum tua ſuperiori definitione concordet: Superius quippe in eadem ipſa Epiſtola, in qua hoc petis apud temetipſum definiſſe te dicis, ex Fide veritatem magis, quam ex ratione percipi oportere: Si enim Fides, inquis, Sanctæ Eccleſiæ ex Diſputationis ratione, & non ex credulitatis pietate apprehen-*

(1) Epiſt. 122., alias 119.

rem maximi faciunt, nec aliter ſe res habere poterat: reſpondendum quippe erat, atque enucleanda erant ipſi dubia, quæ Conſen-

henderetur nemo præter Philoſophos, atque Oratores beatitudinem poſſideret: Sed quia inquit (1), placuit Deo, qui infirma huius mundi elegit, ut confundat fortia per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes, *non tam ratio requirenda, quam auctoritas eſt ſequenda Sanctorum. Vide ergo ſecundum hæc verba tua, ne potius debeas maxime de hac re, in qua præcipue Fides noſtra conſiſtit, ſolum Sanctorum auctoritatem ſequi, nec eius intelligentiæ a me quærere rationem. Neque enim cum cæpero, te in tanti huius ſecreti intelligentiam utcumque introducere (quod niſi Deus intus adiuverit, omnino non potero) aliud diſſerendo facturus ſum, quam rationem, ut potero redditurus: quam ſi a me, vel a quolibet Doctore non irrationabiliter flagitas, ut quod credis, intelligas, corrige definitionem tuam, non ut Fidem reſpuas, ſed ut ea, quæ Fidei firmitate iam tenes, etiam rationis luce conſpicias. Abſit namque, ut hoc in nobis Deus oderit, in quo nos reliquis animantibus excellentiores creavit: Abſit, inquam, ne ideo credamus, ut rationem accipiamus, ſive quæramus, quum etiam credere non poſſemus, niſi rationales Animas haberemus. Ut ergo in quibuſdam rebus ad doctrinam ſalutarem pertinentibus, quas ratione nondum percipere valemus, ſed aliquando valebimus, Fides præcedat rationem, qua cor mundatur, ut magnæ ra-*

(1) 1. ad Corinth. 1.

ſentius propoſuerat, ut ex eiuſdem Auguſtini Epiſtola ad Conſentium liquet (1): & reapſe reiicit libro quinto de Trinitate Hæreticorum

rationis capiat, & præferat lucem, hoc utique rationis eſt, & ideo rationabiliter dictum eſt per Prophetam (2): Niſi credideritis, non intelligetis: *ubi procul dubio diſcrevit hæc duo, deditque conſilium, quo prius credamus, ut id quod credimus, intelligere valeamus. Proinde ut Fides præcedat rationem, rationabiliter viſum eſt. Nam ſi hoc præceptum rationabile non eſt: ergo irrationabile eſt. Abſit. Si igitur rationabile eſt, ut magna quædam, quæ capi nondum poſſunt, Fides præcedat rationem, procul dubio quantulacumque ratio, quæ hoc perſuadet, etiam ipſa antecedit Fidem: propterea monet Apoſtolus Petrus, Paratos* (3) *nos eſſe debere ad reſponſionem* omni poſcenti nos rationem de Fide, & Spe noſtra; *quoniam ſi a me Infidelis rationem poſcit Fidei, & Spei meæ, & video, quod antequam credat, capere non poteſt, hanc ipſam ei reddo rationem, in qua, ſi fieri poteſt, videat, quam præpoſtere ante Fidem poſcat rationem earum rerum, quas capere non poteſt; Si autem iam Fidelis rationem poſcat, ut quod credit intelligat, capacitas eius intuenda eſt, ut ſecundum rationem redditam ſumat Fidei ſuæ quantam poteſt intelligentiam: maiorem, ſi plus capit: mi-*

(1) Epiſt. 19. vel 121., vel 122. iuxta diverſas perum editiones.

(2) Eſai. 7. 6. 9.

(3) I. Petri 3. v. 15.

rum Sophyſmata, Sexto, & Septimo docet credendum, & non inquirendum, ſed enucleare ſtudet, qua ratione Filius dicatur Sa-

minorem, ſi minus: Dum tamen quouſque ad plenitudinem cognitionis, perfectionemque perveniat ab itinere Fidei non recedat. Hinc eſt quod dicit Apoſtolus: & tamen (1) ſi quid aliter ſcitis, id quoque vobis Deus revelabit: veruntamen in quod pervenimus in eo ambulemus. *Iam ergo ſi Fideles ſumus ad Fidei viam pervenimus, quam ſi non dimiſerimus, non ſolum ad tantam intelligentiam rerum incorporearum, & incommutabilium, quanta in hac vita capi non ab omnibus poteſt; verum etiam ad ſummitatem contemplationis, quam dicit Apoſtolus* Facie ad Faciem (2), *ſine dubitatione perveniemus. Nam quidam etiam minimi, & tamen in via Fidei perſeverantiſſime gradientes ad illam beatiſſimam contemplationem perveniunt: Quidam vero, quid ſit natura inviſibilis, incommutabilis, incorporea utcumque iam ſcientes, & viam quæ ducit ad tantæ beatitudinis manſionem, quoniam ſtulta illis videtur, quod eſt Chriſtus Crucifixus tenere, recuſantes ad quietis ipſius penetrale: Cuius iam luce mens eorum, velut in longinqua radiante perſtringitur, pervenire non poſſunt. Sunt autem quædam, quæ quum audierimus non eis accommodamus fidem, & ratione nobis reddita, vera eſſe cognoſcimus, quæ credere non valemus: & univerſa Dei miracula ideo ab Infidelibus non credun.*

(1) I. ad Corinth. 13. v. 12.
(2) I. ad Corinth. 13. v. 11.

Sapientia Patris, quum Pater ipſe in ſe ſit Sapiens : pergit deinde , atque Unitatem Dei ſtatuit , & declarat una cum Qualitatibus Perſonarum Patris ſcilicet, Filii , & Spiritus Sancti . Ut autem ſublime hoc , atque incomprehenſibileMyſterium aliquo modo proponat, in hominis Anima, aliiſque rebus Nono, nec non Decimo de Trinitate libro, Trinitatis figuram & velut eius umbram proponere nititur . *Aliud enim* , inquit Auguſtinus idem (1) , *eſt*

ſcire

duntur , quia eorum ratio non videtur : & revera ſunt , de quibus ratio reddi non poteſt , non tamen non eſt . Quid enim eſt in rerum natura , quod irrationabiliter fecerit Deus ? Sed quorundam mirabilium operum eius etiam expedit tantiſper occultam eſſe rationem , ne apud animos faſtidio languidos eiuſdem rationis cognitione vileſcat : Sunt enim , & multi ſunt , qui plus tenentur admiratione rerum , quam cognitione cauſſarum , ubi miracula mira eſſe deſiſtunt , & opus eſt eos ad inviſibilium Fidem viſibilibus miraculis excitari , ut puritate purgati , eo perveniant , ubi familiaritate veritatis mirari deſiſtunt . . . . Hæc dixerim , ut Fidem tuam ad amorem intelligentiæ cohortes , ad quam ratio vera perducit , & cui Fides animum præparat . Ex quibus ſane conſtat , non abhorruiſſe Auguſtinum a rationibus in explicandis myſteriis etiam Fidei , quantum mortali conceſſum erat ; immo qua methodo , & quando ea uti debeamus ſapienter explicat , atque decernit .

(1) Lib. 14. de Trinit.

ſcire tantummodo, quid homo credere debeat: aliud autem ſcire quemadmodum hoc ipſum, & iis opituletur, & contra impios defendatur. At inquiunt qui contra ſentiunt, animo demiſſo, atque divino prius lumine implorato, id egiſſe Auguſtinum, nec tot ac tanta, quot Scholaſticæ Theologiæ noſtrates Magiſtri, futilia propoſuiſſe quœſita. Ita ſane demiſſo, tenendum eſt, animo id agere noſtræ ætatis Doctores, niſi inter Eunomianos, qui ſe plene hæc intelligere, ac comprehendere profitebantur, enumerare velimus: Verum ut quæ antea indicta erant ipſe explanavit Auguſtinus ſcitanti Conſentio, ſic iis quæ poſterioribus, ſæculis vel exorta, vel innovata ſunt heterodoxorum quœſita vel per ipſos Catholicos propoſita ſunt dubia, a Theologis ſane erat faciendum.

Neque illud urget quod antiquiore ætate ob multiplices, pullulanteſque ex Philoſophia errores, neceſſum Theologo erat per Philoſophicam facultatem eamdem eos refellere: at conſecutis temporibus, & præſertim noſtris, quum hi non vigeant, ſcandalum potius videri poteſt de Divinis decretiſque ab Eccleſia Dogmatibus diſputare, atque ea permeare etiam velle, quæ vel nullum vel pe-

ne nullum in ſacris Scripturis, & Traditionibus fundamentum habent. Pauca de his: Scholaſtici Doctores, ne antiqui ſerperent errores, Utinam ne Atheiſtæ, hodierna luce, & Theiſtæ etiam palæſtras, proh dolor! inſtituiſſent, iiſdem doctrinis, ac anea iuventutem inſtructam etiam volunt: armandus non ne erit miles, ut armis tractandis paratus iam, & aſſuetus, ne dum hoſtem formidet, ſed illum aggrediatur, vulneret, ac proſternat? Exercendus in palæſtra Rethor, ut cum in foro dixerit Orator, plaudente auditorum conſenſu, diſcedat; Iam quid in quavis facultate commendatur, immo & a Doctoribus præcipitur, id in uno dumtaxat Theologo vituperetur? Obiecerat hæc ſibi Doctiſſimus Canus, atque perpenſis ſerio, atque pluries diverſis in locis Eruditiſſimi ſui Operis difficultatibus hiſce rem maturo, prudentique iudicio definit: *Illud ſui loci, & temporis* (1) *eſt Theologum admonere, ut non ſtultas modo quæſtiones, & Genealogias, & contentiones, & pugnas legis devitet, quæ ſunt interdum quoque noxiæ; verum etiam inutiles quaſcumque & vanas, quæ Theolo-*

go

(1) De Loc. Theol. Lib. cap. 24.

go nequeunt in uſum aut cognitionis, aut actionis accerſiri... In his Hieronymus illas quæſtiones cenſet (1): *Quot annos vixerit Mathuſalem? Quoto ætatis ſuæ anno Salomon ſortitus ſit coniugium, ne forſitan Roboam undecimo ætatis illius anno natus eſſe credatur: In Epiſtola etiam ad Vitalem, quum poſteriori harum dupliciter reſpondiſſet, ad extremum ait, Apoſtolum de iſti ſmodi interdicere quæſtionibus.* Et poſt pauca *Relege*, ait, *omnes & Veteris, & Novi Teſtamenti libros, & tantam annorum reperies diſſonantiam, & numerum inter Iudam, & Iſrael, id eſt inter Regnum utrumque confuſum, ut huiuſcemodi hærere quæſtionibus non tam ſtudioſi hominis, quam otioſi eſſe videatur. D. Auguſtinus de Fide, & Symb. cap. 6. Supervacuum putat quærere, ubi, & quomodo ſit in Cælo Corpus dominicum; Sed de Fide & Symbolo, licet coram Synodi Patribus; Novitios tamen Doctrina inſtituebat. Auguſtinus idem libro* 11. *Confeſſionum cap.* 30. *quæſtiones nullo modo patitur, quas ex ægritudine animi dicit exiſtere: Ecquid faciebat Deus antequam faceret Cælum, & Terram? Ecquid*

(1) Comment. Epiſt. ad Titum.

ei venit in mentem ut aliquid faceret, quum antequam numquam aliquid fecerit? Se, pœnitentiam agens, confitenſque peccata, vix ægre fert quæſtiones neceſſarias, nedum minus utiles importunas, curioſas. Non eadem Theologo eſt regula diſputanti in gymnaſio, quam lugenti in cubiculo, aut templo. Nec tamen quæſtiones iſtas licet non adeo neceſſarias exterminandas puto: Eſt enim animorum, ingeniorumquem exercitatio quædam non modo acumunis, ſed etiam ad Theologiæ ſcholam valde utilis. Quod Auguſtinus ait (1), *ad ſe non pertinere utrum Cœlum ſicut ſphœra undique concludat Terram, an eam ex una parte deſuper velut diſcus operiat? item an ſtet Cœlum vel potius moveatur? hoc vel in Manichæorum invidiam, & odium dicit, qui ſimiles multas quæſtiones ſe a magiſtro didiciſſe jactabant, vel illos certe reprehendit, qui iis excitandis, ſolvendiſque ſalubria impendunt tempora. Cæterum quas innuit præteriens, & ipſe ſoluit. Nec diſſimile huic eſt quod Auguſtinus idem epiſt.* 56. *curioſiſſimas Dioſcori quæſtiones reprehendit, & ſcribit tamen, ſe non idcirco ea dicere, quia iſtiuſ-* mo-

(1) De Geneſ. ad lit. Lib. 2. cap. 9. & 10.

modi diſcuntur, ſed quia vano fine diſcuntur: ita reſpondit quibuſdam earum breviter, aliis vel prolixe. Quorſum hæc? ut intelligant ii, qui ſcholæ perpetuam invidiam conflant controverſias circa Ariſtotilem exortas non eſſe diſquiſitione Theologi indignas, ſi quæ in Cicerone ambigua erant, ea non eſt dedignatus explicare Auguſtinus (1). *Quid? quo is ipſe neſcientem quid ſit Nihil, quid informis materia, quid formatum exanime, quid corpus, quid ſpecies in corpore, aliaquem his ſimilia, hæc inquam neſcientem, nec de Deo, nec de Anima ſua quicquam, recte aut quærere, aut diſputare poſſe aſſeverat.* Hæc laudatus Canus.

Quare, ſi quid ſapio, Theologicæ facultatis æconomia limitibus hiſce contineri deberet, ut

Primo qui ad Theologiam accedit, di alecticis canonibus perfecte ſit inſtructus, & in Metaphyſicis notionibus verſatus, ut valeat intelligere, quæ in Theologia occurrent ſive illuſtrando theſes, ſiue adverſariorum diluendo ſophiſmata, quæ ex diſciplinis hiſce obiiciuntur; ita quidem Patres & docue-

 runt

(1) Lib. 2. de Ordine cap. 16.

runt (*a*), & exemplo præſtiterunt (*b*). Hæc porro a Iuvenibus antequam adTheologiam accedant, ediſcantur: Neque expedit, ut a Theologo Doctore explicentur, tum quia eius derogat dignitati, tum, quod caput eſt, ne Scientiæ confundantur, & tempus in hiſce fruſtra conſumatur. Multo magis interdicenda ſunt Philoſophica quœſita, quæ ad ſacram ſcientiam nullatenus pertinent, quod a relatis SS. Patrum, ac nominatiſſimorum Virorum auctoritaribus, interdicuntur, iubente id etiam ratione.

Secundo Ab inutilibus, futilibus, & multo magis ridiculis quœſitis, quæ arrepta occa-

(*a*) *Inhoneſtum quippe eſt*, inquit Petrus Damianus (1) *ut Eccleſiaſticus Vir his, qui foris ſunt calumniantibus per ignorantiam conticeſcat, & Chriſtianus de Chriſto reddere rationem neſciens inimicis inſultantibus, victus, & confuſus abſcedat*. Plura alia initio huius capitis, alia etiam Diſquiſitione Quinta a nobis edita (2) retulimus.

(*b*) Plurima rationum momenta protulit Clemens Alexandrinus, Origenes, Irenæus, Gregorius Magnus, Auguſtinus, Hieronymus, aliique, de quibus citata in Noſtra Diſquiſitione diximus pluribus.

(1) Egregie de Scholaſticæ Theologiæ dotibus ſcripſit Iacobus Latomo doctor Lovanienſis, qui contra Eraſmum opus ſcripſit *de Studio Theologiæ* &c., ſæculo decimo ſexto.

(2) Pag. 120.

caſione ex Theologicis inſeri poſſint; abſtineat omnino, quæ quales ſint diximus ſupra.

Tertio Fidei dogmata proponat: Hæreticorum exponat de illis errores: innuat, qui ipſi fuerint, quo tempore vixerint, eorumque patriam, qui eius ætatis Catholici doctores eorum deliramenta aggreſſi ſint, & quo in Concilio damnati: dein dogmata probet ex Scriptura, Traditione, Conciliis, & Patribus, & ſi potis eſt (*a*), ratione ea confirmet, obiecta diluat, Heterodoxorum ſive quæ ex Scriptura, non rite intellecta, ſive quæ ex Patribus quorum ſententiam non aſſequuti ſunt, ſive quæ ratione, qua abutuntur, ab ipſis producta ſunt.

Quinto iure optimo de affinibus Veritati dogmaticæ quæſitis agere ipſi datum eſt: non enim extra chorum ſaltare, nec fruſtra contere tempus dicetur, quoties per hæc & veritas ſolidatur, & adverſariorum infirmantur argumenta.

(*a*) Diximus ſupra Plurima Divina Myſteria, quale eſt Miſterium Trinitatis, Incarnationis, Sacramentorum Inſtitutio &c., quæ humanum ſuperant captum ratione ne illuſtrari quidem directim poſſe, ſed negative, ut aiunt, tantummodo, Adverſariorum argumenta diluendo.

Sexto Diſputationibus curet ut exerceantur Auditores: at quibus ex Gerſone diſcimus. *Primum*, inquit Doctiſſimus Ioannes Gerſon (1) *Diſputativa inter conſocios Diſputatione robur ſumit: Diſputationem intelligo non protervam, non cervicoſam, non amaram, non pertinaci animoſitate tumultuantem, ſed modeſtam, qualem eſſe decet veritatis inquiſitionem, quæ acuet, & excitet ingenium, quæ ſtudium renovet, & inflammet, quæ ſtabiliat quoque veritatis poſitionem, falſitatis oppoſitione patefacta. Hinc fit, at non extimeſcat ſtudioſus etiam in propatulo defendere quod ſecretius ſe bene didiciſſe cognoſcet.*

Egregie De Argumento huiuſmodi Scripſerunt Ioannes Gerſon (2) Ludovicus Carbaialis (3) Ioannes Maldonatus (4) Melchior Canus (5) Ioannes Opraettus (6) Bernardus Lami (7) Eminentiſſimus Iacobus David Perron

(1) In Qu. quid & qualiter ſtudere debeat Tom. I.

(2) Epiſt. pro reformat. Theol. Tom.I. pr. Lect.2. contr. vanam curioſ., atque alibi.

(3) De Reſtituenda Theologia, præſertim cap.73.

(4) In Oratione habita 1574. In Coll. Soc. I. Claromontano.

(5) De Loc. Theol. Lib. 12., 9. cap. & 7.

(6) In Theologo Chriſtiano par. 2.

(7) Trat. 7. delle Scienze.

Digitized by Google

ron (1) Ludovicus Antonius Muratori (2) Petrus Sylvanus Regis (3) Dionyſius Petavius (4) Daniel Huetius (5) Eraſmus Roterodamus (6) Elias Du Pin (7) Alexander Burgos (8) Carolus Ioannes Denina (9) Egybertus (10) Laurentius a Villavicentio (11) & Conſtantinus Grimaldi (12) qui licet eruditiſſima proferat monumenta, atque optima quam plurima ex doctiſſimis Viris præcep-
ta

(1) In Tract. de Euchariſ. Sacramento in Librum Du-Pleſſis Murnai lib. 3. cap. 2. & Lib. 4. Confutationis ad reſponſum Regis Britaniæ cap. 1.

(2) Rifleſſioni ſopra il buon guſto par. 2, & de Moderatione ingeniorum in negotio Religionis Lib. 1. cap. 7.

(3) Dell' Uſo della Ragione, e della Fede Lib. 3. cap. 19. 20.

(4) In Proleogm. Theolog. Dogmat. Tom. 1. cap. 6.

(5) *De Concordia Rationis & Fidei*.

(6) In Methodo Veræ Theologiæ Tom. 5.

(7) De Methodo addiſcendæ Theologiæ.

(8) Præf. in opere *De Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ in Theologia auctoritate, atque uſu*.

(9) De Studio Teologiæ, & Norma Fidei.

(10) Vera Idea Theologiæ.

(11) De recte formando Theologiæ ſtudio.

(12) Diſcuſſioni Iſtoriche Theologiche, e Filoſofiche.

Digitized by Google

ta exponat, æſtu tamen Controverſiæ, quæ cum Benedicto Aletino cuius tempore, immo cuius occaſione, ſcripſit abreptus, non omnia ad exactam amuſſim revocavit, nec qua data occaſione a Patribus nonnulla dicta ſint, ſatis diſtinxit. Rem numeris omnibus abſolutam edidit Reverendiſſimus Abbas P. Proſper dell' Aquila, qui dilucide (1), paucis, quantum res ipſa fert, nullo præoccupato iudicio, ſuperfluis amputatis, neceſſariis adiunctis Hiſtoriam Theologiæ contexens, præcepta, quibus Theologica facultas utili methodo tractanda ſit, in præfatione ad primam partem Dictionarii Theologici ſapienter tradit. atque eruditiſſime exponit. In Præfatione vero ad Secundam, agit de Rationis uſu in Theologicis Quœſitis. In Tertia de errorum origine in Theologia non erudite modo, ſed acute, arguteque diſſerit.

De

(3) Diſcorſo Preliminare, in cui ſi teſſe la Storia della Teologia dalla creazione del Mondo fino a noſtri tempi.

Digitized by Google

§. III.

De Theologia Poſitiva, & Polemyca.

UNam, eamdemque Theologiam eſſe Poſitivam, & Polemycam communiter opinantur Doctores; ſed quemadmodm Theologica Facultas Poſitiva, Moralis, & Scholaſtica una res tandem ſint, ut optime Doctiſſimus Franciſcus Silvius (1) *Quæ diviſio*, inquit, *non eſt intelligenda eſſe in iſta tria tamquam in membra ſimpliciter diverſa, eadem eſt Theologia, quæ diverſis illis nominibus appellatur, poteſtque unus & idem Poſitivam, Moralem & Scholaſticam eadem opera tradere*; ex diverſa tamen methodo, qua procedunt diverſum nomen ſortiuntur: ita & nos ex eadem ratione Polemycam diſtinguimus a Poſitiva: Iſta ſi quidem non tam diſputanda proponit, quam ſententiam plerumque, ut ad rem Cl. Antonius Poſſevinus (a) ra-

(a) *Poſitiva res diſputandas* (2) *proponit, ſed pene ſententiam ratam, & firmam ponit præ-*

(1) In D. Th. par. 1. quæſt. 1. art. 1.
(2) Lib. 3. Biblioth. cap. 1.

ratam, ac firmam profert, præcipue in pietatem incumbens: Contra vero Polemyca Adverſariorum obiecta diſcutit, diluitque rationibus, & ex revelatione, & naturali ratione ductis, cuius generis ſunt adverſariorum momenta; Quare poſitiva Theologia Catecheſis dici poteſt, qua Fidei Veritates, quæ proponuntur, brevibus, dilucidiſque auctoritatibus ſacris comprobantur. Iam de his canones nonnullos ſtatuemus, quibus unaquæque tractari debeat paucis, & dilucide exponemus.

Canon I. In proponendis, explicandiſque Fidei Dogmatibus ſimplici clara, et brevin uno

præcipue in pietatem incumbens verſatur autem & ipſa in explicatione Scripturæ Sacræ, Traditionum, Conciliorum, & ſanctorum Patrum: Naturalis porro Theologia Dei Naturam per naturæ argumenta, & rationes inquirit, quum Supernaturalis, (quam Scholaſticam dicimus) Dei eiuſdem naturam, proprietates, cæteraſque res Divinas per ea principia veſtigat, quæ ſunt hominibus revelata Divinitus. Ergo Theologia hæc ſi vocem ipſam græcam attenderis, Sermonem, ac rationem de Deo deſignat, quæ Sacrarum litterarum nixa fundamentis & Deum ipſum obiectum, ſubiectumque propoſitum, ac quaſi verſandam materiam habens ex principiis Fidei a Deo revelatis concluſiones colligit in principiis ipſis implicitas.

una Veritatis Catholicæ expoſitione Catechiſta totus ſit, nec ultra progrediatur. Primo ne ſi quid præter dogma exponatur, auditoribus occaſio detur de Veritate Catholica ambigendi, argumento ſibi propoſito, ut quemadmodum de ratione inter Doctores opinio eſt diverſa, ſic & de Fidei Dogmate diſputari poſſe credat. Brevis item laboret eſſe, nec tamen obſcurus, ne longa, implicataque oratione animum alio divertant auditores (*a*).

Canon II. In proferendis auctoritatibus Scripturæ, Conciliorum, & Patrum indubia in medium adducat teſtimonia, ne quid am-

(*a*) Sunt qui vel ut eloquentes ſe auditoribus, lectoribuſque ſuis exhibeant, vel eruditi, præter expoſitum Dogma, vel obiectiones proponunt, vel ea quæ ad Fidem non pertinent ſubdunt, puta ſi quis exponens veram, & realem exiſtentiam Corporis Chriſti Domini in Euchariſtia obiectiones contra hoc Myſterium Lutheranorum ſubiiciat, vel modum, quo in hoſtia exiſtat, pluribus conetur exponere. Nullus ſane non videt longe id eſſe a a methodo Theologiæ Poſitivæ, præſertim a nobis ſupra explicatæ, & contra Paulli Doctrinam inquientis *Sermo* (1) *meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed oſtentatione Spiritus, & Veritatis.*

(1) 1. ad Corinth. 1. num. 17.

ambiguum in verbis, vel in ſenſu ipſorum ſit.

Canon III. ex quo illud ſponte ſua conſequitur, quod ut indubiis utatur Sanctorum Patrum operibus, & iis, quæ ut genuinum eius, quem profert Patris fœtum, nec interpolatum, nec corruptum doctores omnes (*a*) admittunt.

Canon IV. In iis quæ traditione probanda ſunt diligens ſit in inducendo Patrum auctoritatem per ſingula ſæcula, & ne quid ſuſpicionis in Lectorum, vel Auditorum animos ingeratur, clariores, & quæ nullam patiuntur exceptionem, vel Interpretationem ſeligantur ſententiæ. (*b*)

Canon V. Huiuſmodi Sanctorum Patrum ſententiæ non ex iis operibus producantur, in-

(*a*) Licet Ioannes Harduinus nullum, vel pene nullum Sanctorum Patrum, ut verum eius partum admittat, ut in prima huius Polymathiæ parte fuſe retulimus: quum tamen unus inter omnes ſit, qui inauditum ante, & poſt ipſum protulerit excogitatum ab omnibus omnino exploſum; idcirco nulla prorſus eius opinionis, aut potius ſomnii habenda ratio.

(*b*) Pulcherrimum hac de re opuſculum *Vbi Scriptum* titulum præferens, obſervavimus, ope Cl. Paſchalis Veſini Abbatis Ordinis S. Baſilii editum ſummo Theologorum plauſu exceptum.

in quibus vel per tranſennam ſententiam pronunciaverint, vel levi brachio ea de re egerint, ſed ex iis, in quibus ex profeſſo argumentum illud examinaverint, atque dilucide mentem ſuam expoſuerint. (*a*)

CAN-

(*a*) Idem licet ſit obiectum, iidemque fontes, quibus utraque Theologia, Poſitiva ſcilicet & Polemyca utatur, paullo tamen ampliore hæc præ illa in campo verſatur, atque uberius de argumentis pertractat. Illa quidem Poſitiva videlicet propoſita Fidei dogmata Scripturæ, Conciliorum, & Patrum indubiis auctoritatibus firmans vel alia proponit dogmata, vel ad pietatem, ut modo ex laudato Poſſevino diximus, incumbit.

Polemyca vero non ea modo, quæ dogmata ſunt ab Eccleſia definita, ſed quæ Dogmati affinia ſunt, & Dogmati illuſtrando apta percurrit, indigitatque. Exemplo rem aperiamus: Probavit Polemycus contra hæreticos dari in homine libertatem indifferentiæ iuxta Sacræ Scripturæ auctoritatem, & Conciliorum ſanctionem: Demonſtravit momentis iiſdem dari Gratiam efficacem, qua Deus Omnipotens quum ſit, & Supremus Creaturarum Dominus poſſit ab ipſa Creatura, ſalva prorſus eius libertate, obtinere quamcumque actionem. Obiicientibus Lutheranis, & Calviniſtis dum pro ſua unusquiſque parte, ſacrarum litterarum teſtimonium trahit: Poſſibile id non eſſe, quia nutaret alterutrum

Canon VI. Polemyci Theologi eſt plurimorum dogmatum non ſubſtantiam tantum, ſed & modum quoque, qui ad Fidem etiam pertinet, explicare; multorum vero ſi modum ſibi enucleandum proponat, extra ſuum inſtitutum vagatur. *Huius*, ait Daniel Huetius, (1) *generis, ſunt modi explicandarum rerum plurimarum Fidei, quas credere ſatis eſt: de modo, quo ſunt, quoque fiunt pro Voluntate arbi-*

trum: Quippe vel, quæm Deus imperat actum ita fieret a rationali Creatura, ut aliter ab illa non poſſet agi, & ubi nunc Libertas? vel poſſet: & quænam Dei ſupra creaturas Dominatio, quæ Domino abſolute *efficaciterque* iubenti non obediunt? Hiſce ſimilibuſque obiectis, propoſito alicuius ſcholæ Syſtemate rem aliquo modo explanare contendit: ita tamen, ut illud nec de Fide dicat, nec verum ſtatuat, ſed ut veriſimile tantum proponens, concludatque: ſi miſellis, atque nullius ingenii mortalibus conciliare aliquo ſaltem modo id permiſſum erit; nonne hoc dandum Omniſcienti, qui & corda novit hominum, atque Omnipoti?

Illa nec diluenda ſibi obiecta proponit, immo nec; quæ ſint, aperit: Hæc Adverſariorum occurrit obiectis, non iis modo, quæ ex detortis Adverſariorum auctoritatibus obiiciuntur, ſed iis quoque, quæ ex rationibus opponi ab Hæreticis conſueverunt.

(1) De Concordia Rationis, & Fidei Lib. I. cap. 8. num. 2.

bitrari licet. Dixi plurimarum: nam quædam ſunt, in quibus modus rei ad Fidem pertinentis, pertinet ipſe quoque ad Fidem, exemplum dabimus utriuſque: Chriſtum propria virtute aſcendiſſe in Cœlum, dogma eſt Fidei: Quomodo id factum ſit, an corpori detracta gravitate, an Chriſti vi ſuſtentante corpus, & ſurſum tollente, exiſtimet unuſquiſque, ut volet &c. At Chriſti conceptio, & modus Conceptionis, æque pertinent ad Fidem: nec enim ſolum in Beatæ Mariæ utero conceptum eſſe credendum eſt; ſed etiam, ſine virili ſatu, virtute Spiritus Sancti ex materno ſanguine, illæſa virginitate, Anima etiam in ipſo conceptu corpori adiuncta. Mariam peperiſſe Chriſtum Ieſum Fidei dogma eſt, ſed & clauſis Uteri foribus, & inviolato Virginitatis ſigillo prodiiſſe Infantem, Concilii Epheſini decretum, & perpetuus Eccleſiæ conſenſus credere nos iubet.

In iis vero rebus, quorum modus ad Fidem nec pertinet, nec ad dogmata explicanda proxime facit extra ſuos limites vagatur, & ſuum prætergreditur inſtitutum, quod intra Fidei dogmata contineri debet: atque ideo ſapientiores in hoc genere Doctores calamum

cohibuerunt ne ad alia tranſgrederentur, ut optime monet Petavius: *Quamobrem*, inquiens (1) *parciſſime eas attigi, ſicubi expedire viſum eſt ad Antiquorum illuſtranda dogmata*. Sic Liberius a Ieſu ſeparatim Dogmaticam 1710. Romæ prius edidit, Mediolani dein an. 1743. Scholaſtico Polemycam: Sic quoque Franciſcus Perrin Soc: Ieſu Dogmaticam Theologiam eadem, qua innuimus methodo, ad uſum Seminariorum duobus tomis, ut aiunt in 12., edidit Toloſæ: Manuale dein controverſiarum prælo commiſit, ubi nihil, quod ad dogmata non ſpectaret, attigit. At nullus ſane, meo iudicio apertius, methodum hac de re ſcribendi tenuit quam Cl. Dionyſius Petauius, qui non ſemel ſcholaſticas proponit Controverſias; ſed alienas a propoſito ſibi ſcribendi fine eſſe ſignatis tunc verbis edicit, nec pro una, nec pro alia ſtat Theologorum ſententia, neque alicuius proponit examinanda rationum momenta: De Scientia e. c., quam Chriſtus Dominus adeptus fuit diſſerens *de hac lite*, ait (2), *neutram in partem pronunciare audeo*: Huiuſmodi *enim quæſtiones ad ſcho-*

(1) Tom. 3. Lib. 5. cap. 10. num. 13. Theol. Dogm.
(2) Tom. 6. Lib. 11. cap. 4. num. 9.

ſcholas relegandæ ſunt, de quibus nihil, apud antiquos liquidi, ac definiti reperitur. Propoſuit deinde quæſitum: Inhæreat ne in Anima Chriſti Domini Gratia creata, qua de re hæc habet: *Non eſt pluribus nobis* (1) *in hac controverſia morandum: quod alieni, hoc eſt ſcholaſtici ſit inſtituti: non enim apud Patres tam ſubtilis, & limata diſtinctio reperitur ſanctificantis gratiæ, ut alia ſit, quæ tamquam accidens, & habitus inhæreſcat, alia ſit divinitas ipſa*: atque id ſæpe aliis in locis ſuæ Dogmaticæ Theologiæ (2). At ubi neſcio quid novi in nonnullorum Theologorum opinione de Viſione divina reprehendit, eam refellendam ſuſcepit: rem tamen hiſce verbis terminat: *Ac longius in ea quæſtione* (3) *commorari nullum eſt opere pretium: præſertim quum nihil quod equidem meminerim de illa traditum ſit a veteribus, quod minime dubitarent, quin aut totus videretur Deus, aut omnino non videretur.* Eadem ratione Dogmaticam Theologiam tradidit vir ſummus Martinus Becanus Soc. Ieſu, atque omnium

(1) Tom. 6. lib. 11. cap. 12. num. 5.
(2) Tom. lib. 4. cap. 8., & Tom. 1. lib. 6. cap. 7.
(3) Tom. 1. Lib. 7. cap. 9.

dogmaticorum Theologorum Princeps Eminentiſſimus Robertus Bellarmiuus, de quo (ob ſcholaſticas contentiones cum Benedicto Aletino, cuius religioſæ Familiæ adſcriptus erat etiam Bellarminus) Conſtantinus Grimaldi (1), ea tranſcribit, non omnino ad rem, quæ retulerat olim Vincentius Baronius (2), cuius hæc verba ſunt: *Quæ vero Mariales ſcribit de Bellarmino, licet non ſint aliena a Moroſoum opinione, quod cauſſam Hæreticorum iuverit, & a miniſtri ore excepi, Bellarminum de ſuis Eccleſiis reformatis optime meritum, quod illarum Theologiam miro ordine digeſſerit, quod fortiora argumenta proferat, quam extant apud ſuos auctores, & addebat ſe audiiſſe Bellarminum in Hiſpania probibitum, quod ab eius lectione aliquid mali timerent Catholici, quia argumentis validiſſimis debiliores dabat ſolutiones: & hunc etiam fuiſſe ſenſum doctiſſimi Cardinalis Perronii refert Cardinalis Bentivolus in libro edito, quem inſcripſit*: Memoriæ pag. 100., ubi dicit, *ſe hæc eadem propriis auribus a Perronio excepiſ-*

(1) Riſpoſta alla prim. Apologetica di Benedetto Aletino num. 218.

(2) In Apolog. tom. 5. lib. 4. ſect. 4. §. 3.

piſſe. Chamierum legi, omnium Calviniſtarum, meo iudicio mordaciſſimum, & ut dixit Gretſerus caninæ eloquentiæ, eius aliquot loca notat ex Sanctis Patribus non ſincere citata, idque ex inadvertentia, quæ ſine dubio potuit diligentiſſimo, & veraciſſimo in opere prope infinito obrepere. Hæc in ore plurium ſunt contra Bellarminum... Verum, quod illi vitio vertunt ſumme laudo, nempe ſinceritatem illam, & bonam fidem, qua hæreſim impugnat, ut ſi quas habeat vires, non diſſimulet, & hoc ipſum mirantur Hæretici, & eius ſolutiones reddunt illis acceptiores quod videant emanare a pectore vere candido, & chriſtiano... Hoc ſolum adjunxerim ſubdit laudatus Baronius, *quod in defenſione Bellarmini me alias audiſſe memini: Myſteria Fidei hoc habere, quod quum ſuperent captum rationis humanæ faciliora ſunt ſenſui argumenta, quæ impugnant, quam reſponſa, quæ defendunt.* Quibus calculum etiam addit ſuum (1) Grimaldi: Verum ſi non præiudicato ſcripſiſſet animo ſubdere debuerat aliorum doctiſſimorum Virorum de Bellarmino iudicium, Eminentiſſimi ſcilicet de Noris, qui maximi il-

(1) Loc. cit.

lum habuit, (1) ac præſertim Ludovici Antonii Muratorii, cuius ipſe Grimaldus non ſemel auctoritatem, & iudicium profert (*a*), & cui ſub-

(1) In vindic. §. 5.

(*a*) Ovunque (1) ſi rivolga il buon guſto de Lettori a contemplare gli ſcritti Teologici del celebre Cardinal Bellarmino, non potrà non apparire ben toſto, che quel nobile Scrittore in primo luogo ha ſaggiamente ravviſato, e felicemente uſato il vero metodo di confutar l'ereſie, e di decidere le controverſie Teologiche. Ragioni, ed Autorità, Filoſofia, ed Erudizione inſieme congiunte ſono le neceſſarie, e lodevoli arme, che in tenzoni ſomiglianti ſi anno a maneggiare, o che poſſono promettere la vittoria. Di queſte và ſempremai provveduto il Bellarmino fortiſſimo nell' argomentare, e diligentiſſimo nell' uſo de Padri, o de Concilii, e degli altri Scrittori, e che da tutti i luoghi Teologici prende quello, che può ſervire alla cauſa. Ma con francheza non può farſi valere contro gli eretici Moderni l'erudizione ſacra ſenza la cognizione delle Lingue Greca, ed Ebraica, perciocchè bene ſpeſſo e le ragioni, e le riſpoſte dipendono da i Teſti Originali o del Vecchio, o del Nuovo Teſtamento, o di tanti Padri, e ſcrittori Greci: Anche queſto ſoccorſo, ed ornamento noi il troviamo nel Bellarmino, ſe non in grado eccellentiſſimo, certamente quanto ſi richiedeva per ſervirſene con poſſeſſo nella ſua riguardevole impreſa. E queſta impre-

(1) Rifleſſioni ſopra il buon guſto Par. II. cap. X.

ſubſcribit ut plurimum, qui non minimas de Roberto Bellarmino laudes pronunciat, exponitque per partes. Quapropter non ab re eſſe putamus Controverſiarum iuxta ordinem, qui in eius Tribus voluminibus continentur, indicem (*a*) hic ſubnectere, ut de quibus ipſe

O 4 agat,

preſa è ben grande, avendo egli trattato quaſi tutte le controverſie cogli Eretici moderni, ad ampiamente: coſa non prima fatta, o non fatta con tanto felicità da verun altro Teologo. La ſteſſa maniera delle ſue diſpute, quantunque adattata all' uſo delle ſcuole pur è vaga, non tedia, non iſtanca: Nell' ordine, e nelle diviſioni ſi mira un armonia continua: nel confutare talora villani Avverſarii gravità, e modeſtia convenevole ne' ſentimenti, e nella favella competente purità, ed eleganza: nelle prove, e nel diſcioglimento delle obbiezioni gran chiarezza, e brevità, e finalmente nel rapportare le obbiezioni, e le parole degli Avverſarii una ſincerità onorata. Ecco le virtù, o parte delle virtù, e de' pregi, che noi riconoſciamo agevolmente nel Cardinal Bellarmino, Uomo grande per la dottrina, Maggiore ancora per la pietà: l' opere del quale ſono, e ſaranno ſempre per eſſere una ricca armeria della Chieſa Cattolica.

(*a*) Tribus Tomis rem ipſe complectitur univerſam: Tomos ſingulos in Controverſias diſtribuit, Controverſias vero in Libros, Libros denique in Capita digerit.

To.

agat, & in quo libro ſingula contineantur quiſque facile reperiat: Omnes pene ipſe exponit hære-

Tomo I.

Septem controverſiæ continentur, de Verbo Dei Scripto, & non Scripto: Harum argumentum quatuor libris comprehendit, Quorum in primo agit de Libris ſacris: de incertis olim, & controverſis, atque reiectis. Alter eſt de Sacræ Scripturæ verſionibus, ubi de Vulgata præſertim: Tertius de Interpetratione. Poſtremus de Dei Verbo non ſcripto, ſive de Traditionibus:

Secunda controverſia quinque habet Libros: Primus eſt de Unitate Dei, & Divinitate Filii, & Spiritus Sancti. In ſecundo de Perſonarum Divinarum diſtinctione, agitur de Proceſſione Spiritus Sancti, ubi de verbo *Filioque*. Tertius eſt de Incarnatione: de Communicatione Idiomatum: Quartus de Anima Chriſti, eiuſque Scientia: de Deſcenſu ad Inferos: Ultimus de Chriſto Domino, ut Mediatore, eiuſque Merito.

Tertia Controverſia eſt de Romano Pontifice, quinque itidem Libris abſolvitur: Primus eſt de Eccleſiæ regimine: Statuit in ſecundo Petrum Romæ ſedem ſtatuiſſe: Petri ſucceſſores legitimos, & veros eſſe Romanos Pontifices: Tertius agit de Antichriſto &c. reiicitque Joannæ Mulieris Pontificis fabellam. Quartus eſt de Spirituali poteſtate Pontificis Romani in rebus Fidei, & Morum. Quintus eſt de Temporali Pontificis poteſtate.

Controverſia Quarta eſt de Eccleſia Militante: In ea

Hæreticorum ſive Antiquorum, ſive Recentiorum errores, eoſque ſcripturarum Auctoritate,

ea quatuor omnino libri. Primus de Conciliis, eorumque neceſſitate, convocatione &c. Secundus eſt de eorum Auctoritate, & Infallibilitate. In Tertio de Eccleſia toto orbe diffuſa: Quartus de Veræ Eccleſiæ notis differit eruditiſſime.

Controverſia Quinta tres continet libros, in quibus de Militantis Eccleſiæ partibus, & membris agitur: In primo de Clericis, Presbyteris, Epiſcopis, Cardinalibus, Chorepiſcopis, de Sacerdotum Cœlibatu &c. In ſecundo de Monachis, eorumque Origine, confirmatione, votis &c. In tertio de Laicis, ut ad Eccleſiam pertinentibus.

Sexta controverſia duobus libris expletur. In Primo, Purgatorium exiſtere probat. In ſecundo nonnulla diſcutit ad Purgatorium ſpectantia.

Septima controverſia, quæ de Eccleſia Triumphante agit in tres eſt libros diſtincta: In Primo diſſerit de Beatitudine, & Sanctorum Canonizatione. In ſecundo de Reliquiarum cultu, & Sacrarum Imaginum veneratione: In tertio modus, quo Deum colimus, Sanctoſque veneramur exponitur, atque ſtatuitur.

Tomo II.

Quinque enumerantur Controverſiæ, quarum Prima eſt de Sacramentis generatim, in duos diſtincta Libros. In primo Hæreticorum errores refellit: & Sacramentorum Inſtitutionem, Neceſſitatem Miniſtros, & quidquid ad Miniſtros pertinet

te, Conciliorum ſanctionibus, & Sanctorum Patrum ſententiis refellit: additis quoque rationibus, Catholicum ſtatuit Dogma.

net clare explicat, ac firme probat: In ſecundo Sacramentorum efficaciam, diſcrimen a Sacramentis veteris Legis: quo numero noſtra ſint: aliaque ad ipſa pertinentia enucleat.

In ſecunda controverſia, quæ in duos itidem diſtributa eſt libros, agit primum de Sacramento Baptiſmatis: deinde de ſacramento Confirmationis.

Sex habet Libros controverſia tertia, quæ eſt de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. In Primo ex Scripturis demonſtrat realem Chriſti Domini præſentiam in Euchariſtia: In ſecundo idipſum ex SS. Patribus uniformi omnium ſæculorum conſenſu: In Tertio argumentationes diluit Hæreticorum: In quarto ſtatuit huius Sacramenti permanentiam, inſtitutionem, materiam, formam, miniſtrum &c. In Quinto de Euchariſtia diſſerit ut ſacrificium eſt, ſeu de Miſſa, atque omnia ex Scriptura, Traditione, & Patribus luculenter ſtatuit. In ſexto effectus explicat huius Sacrificii.

Quarta controverſia tres complectitur libros: In ſingulis ſingula quæ ad tria ſacramenta extrema ſcilicet Unctionis, Ordinis, & Matrimonii ſpectant, exponit.

Quinta controverſia verſatur circa Pænitentiæ Sacramentum: eaque in quatuor diviſa eſt libros: In

In primo hæreticorum errores exponit, ac refellit, probatque aliud eſſe a Sacramento Baptiſmi, eius partes exponit: de Contritione, & Attritione agit in ſecundo: de Confeſſione, eiuſque Neceſſitate in tertio: In quarto de Satisfactione.

Tomo III.

Quinque continentur Controverſiæ, Prima eſt de primi Hominis Gratia, atque unico expletur libro: ubi de primi Hominis ſtatu, doniſque ſupernaturalibus loquitur.

Secunda eſt de Gratiæ amiſſione, quæ ſex in libros eſt diſtincta: In primo agitur generatim de Peccato, & de diſcrimine inter lethalem noxam, & venialem. In ſecundo de cauſſa peccati, hominem ſcilicet eſſe, & non Deum contra hæreticos oſtenditur: In Tertio de peccato primi hominis: In Quarto de Originali culpa: Quinto felluntur hæreticorum obiecta: In Sexto de pœna culpæ originalis.

Controverſia Tertia, quæ ſex non minus libros complectitur, circa Gratiam divinam, & liberum Hominis Arbitrium verſatur. In primo horum librorum de Gratia diſſeritur gratum faciente, de Charitate, de Gratis data, nec non de Gratia ſufficiente. In ſecundo oſtendit gratiam ſufficientem omnibus dari, ubi etiam quæ ad Prædeſtinationem, & Reprobationem, faciunt exponit. In tertio de libero hominis arbitrio: In quarto liberum arbitrium reſpectu civilium, & externarum actionum exponit: In quinto idipſum probat circa Morales actiones: In ſexto concludit dari liberum arbitrium in actibus ſalutaribus, & ad vitam æternam pertinentibus.

Li-

Libros quinque complectitur Controverſia quarta, quæ eſt de iuſtificatione. An ſola Fides iuſtificet, quæritur in libro primo: De iuſtitia inhærente quæritur in ſecundo: de incertitudine iuſtitiæ, & prædeſtinationis in tertio agitur: diſſertitur in quarto de operum Iuſtitia ad ſalutem æternam neceſſaria. De meritis iuſtorum in quinto.

Quinta controverſia eſt de Bonis operibus, quæ tres complectitur libros. In primo de oratione agit, eiuſque neceſſitate, & utilitate, ubi de Horis Canonicis. In ſecundo de ieiunio. In tertio de eleemoſina,

In his enim omnia habentur, quæ ad dogmata pertinent, & reiectæ hæreſes omnes, atque Hæreticorum fallaces argumentationes ſive quæ ex ſacris litteris, ſive quæ ex Patribus, ſive quæ ex ratione ab Adverſariis in medium prolatæ ſunt.

§. IV.

§. IV.

De Morali Theologia.

COmmunis fere apud probatos, nominatoſque in litteraria republica viros (*a*) querela olim fuit, nullum ex tot, tantiſque Theologis extitiſſe, qui miſſis ſcholaſticis quæ-

(*a*) Ioannes Opſtraettus (1) *Quo fiebat*, inquit, *ut multi e curſu Theologico prodirent parum exercitati iis in rebus, quas ad vitam recte instituendam, vel ad animas dirigendas noſſe in primis oportebat: Nam quum populus maxime de moralibus, hoc eſt de iis, quæ agenda, vel omittenda ſunt inſtrui debeat: ipſi in ſcientia morali erant hoſpites*.

Ioannes Morinus (2): *His accedit*, ait, *doctorum virorum, quos caſuiſtas vocamus vigilantiſſimum ſtudium, ut nos doceant, quando mortaliter peccamus, quando venialiter, quando legibus tenemur, quando non tenemur, & quouſque tenemur. Qui ſtricto iure cum legibus agunt, neve nimium nos premant, diligentiſſime cavent. Qui dies, noctesque laborant, animumque, & corpus defatigant ne crimina cenſuris ligentur, & ligata quam facillime, & commodiſſime ſolvantur: denique mos a multis annis receptiſſimus docto-*

(1) Theol. Chriſt. par. 2. cap. 3. §. 3.
(2) De Pænit. lib. 5. cap. 26. num. 14.

quæſtionibus ad mores Fidelium dirigendos appoſitas regulas, deciſioneſque vulgaret: eamque Moralium canonum penuriam ad ſæculum uſque reparatæ ſalutis decimum tertium perduraſſe: Contra vero multorum hodie querimonia exauditur incuſantium copiam Theologorum nimiam, qui deinceps moralem Theologiam certatim explicandam, vulgandamque, aggeſtis voluminibus, ac diſſertationibus, ſuſceperunt: Quibus factum eſt, inquiunt, ut Facultas hæc implicaretur potius ſubortis quotidie tricis, & controverſiis, quam ut ſpes, & fas erat, explicaretur: Addunt etiam alii in Caſuiſtas, ſeu moralis Theologiæ tractatores non bene animati, Fidelium mores a ſimplicitate, & priſtinæ diſciplinæ candore, novis, ac perniciofis in morum ſcientiam invectis, deflexiſſe non parum, atque in deterius abiiſſe: quippe quum nimia opinandi licentia nimiam vivendi, agendique laxitatem in Chriſti Eccleſiam inuexerit.

Hæc quæ plenis crepant buccis ut probent, vera falſis indiſcriminatim an ex inſcitia, an ex livore commiſcent. Aiunt itaque vindi-

doctorum caſuiſtarum aliquem conſulendi, eiuſque arbitrio de quacumque re propoſita ſolitarie pronunciandi, & definiendi &c.

dicaſſe ſibi caſuiſtas demandatam olim Epiſcopis ab Eccleſia provinciam dirimendi ſcilicet controverſias inter Chriſtifideles identidem obortas: quo factum eſt, ut ſeveritas morum, ac diſciplinæ paullatim remiſerit, atque adeo tandem perierit: exempla a doctorum dictis ad fidem conciliandam nonnulla proferunt: ſic veterem Ieiunii ritum, & quo ad refectionis horam, quæ nonniſi poſt veſperas fuit (*a*), & quoad cibi qualitatem, ac potus per ipſos immutata; ut nihil dicatur de ſerotina refectiuncula, quæ recens eſt excogitatum (*b*): quemadmodum vini permiſſio extra unicam cænam; quum ipſis aquæ po-

(*a*) *Nullatenus ieiunare credendi ſunt*, ait Theodulphus Epiſcopus a Tomaſino relatus (1) *ſi ante manducaverint, quam veſpertinum celebretur officium*. Quod ex eminentiſſimo Bona confirmant (2).

(*b*) *Qui enim bis in die*, ait Natalis Alexander (3) *reficerentur, hos ieiuniare numquam exiſtimavit Eccleſia... Eo uſque progreſſa eſt relaxatio, ut meridie pranderent, & veſpere nihilominus cænulam ſumerent*.

(1) De Ieiun. par. 2. cap. 39.
(2) In Pſalm. cap. 9. de Nona §. 3.
(3) Sæc 2. diſ. 4. art. 7. prop. 1. in fin. Tom. 3. & ibid. prop. 2.

potus nonniſi ſuper menſam, ſalvo ieiunio, poſſet quondam uſurpari. (*a*)

Quid quod ipſam Sacramentorum ſubſtantiam aggredi auſi ſunt, ſi ipſos audias? Sacramentalis quippe abſolutio, ut ipſi ex Morino (*b*) contendunt duodecim fere ſæcula a doctis ætatis illius viris nonniſi deprecative adhibitam, atque impartitam: nunc autem nullam eſſe docent, niſi indicative pronuncietur: Piget ſexcenta alia brevitati neceſſario ſtudentem his affinia commemorare.

Verum in tritis hiſce declamationibus multa perperam confunduntur ad conflandam morali-

(*a*) Fuſe id probat Aloiſius Tomaſinus (1) tum ex Patrum auctoritate, tum ex duodecim ſæculorum praxi religioſe a Chriſtifidelibus obſervata: ubi etiam qua ratione immutata fuit refert.

(*b*) *Formulam ordinariam* ait (2), *Abſolutionis, ſive reconciliationis pœnitentium fuiſſe deprecatoriam teſtantur quotquot hactenus legi, aut relata audivi antiquitatis Eccleſiaſticæ monumenta ad annum uſque ſalutis ducentiſſimum ſupra milleſimum.... nonulli Scholaſtici antiqui, & recentiores hanc formulam rationibus ſcholaſticis improbarunt; ſed nullus mihi lectus eſt, qui improbationem auctoritate ſæculo adnotato antiquiore fulciret:*

(1) De Ieiun. par. 1. cap. 13. & par. 2. cap. 7.
(2) Lib. 8. de Pænit. cap. 8. num. 1. & 2.

ralibus Theologis invidiam. Verum hi non non ut Iudices rem decernunt, ſed ut Doctores argumenta ſua proferunt, ac pro ſua ſapientia dilucidant: quod & factitarunt veteris Eccleſiæ Antiſtites, qui Pœnitentiariis hanc eamdem demandabant provinciam, ut præ cæteris Ludovicus Abelly Epiſcopus Ruthenſis demonſtrat (1): idipſum mandant Summi Pontifices in maioris momenti quæſitis, de quibus rogantur, examinandis, ut collatis nempe conſiliis in Congregationibus doctorum, atque illuſtrium virorum, atque revocatis hinc, atque hinc ad trutinam rationibus, maturius res decernatur. Idipſum videmus, non ſine laude, ac publica utilitate in cæteris facultatibus Philoſophica, Medica, in Civili Iure, & Canonico, ut reliquas mittam: imo & in Tridentina Synodo factum legimus: ubi antequam a Patribus res decerneretur examinanda minoribus Theologicis prius committebatur: Quod igitur licet, imo laudi vertitur aliarum bonarum artium profeſſoribus, id morali ſcientiæ vitio, & crimini detur. Quaſi vero ad Eccleſiæ diſciplinam, ac fidelium animas in rectum ſalutis tramitem

P

(1) *In Apol. pro Caſuiſtis.*

Digitized by Google

tem deducendas utilius demum ſit Miniſtros ad eorum confeſſiones excipiendas accedere a morum ſcientia inermes, qui ex ingenio ſtatuant quidquid pro re nata nunc viſum fuerit, nodoſque perſæpe occurrentes implexos valde, quum artem ſolvendi ignorent, temerario, atque exitiali ictu incidant.

Quod autem aiunt mutatam a Caſuiſtis antiquam Eccleſiæ diſciplinam, aut fallunt dolo malo, aut egregie falluntur. Neque enim Doctorum hæ partes ſunt, ſed Pontificum, qui mutatis temporum, locorum, Perſonarum circumſtantiis, quid expediat, vident ſane melius, & pro ſuprema divinitus ſibi facta poteſtate decernunt. Ad rem Gregorius (1) *Regulæ Sanctorum Patrum pro tempore, loco, perſona, & negotio, inſtante neceſſitate, traditæ ſunt*: Item *ſicut quædam ſunt*, ait S. Leo (2) *quæ nulla poſſunt ratione convelli: ita multa ſunt, quæ aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitate rerum oporteat temperari*: Eadem habeat Innocentius (3) *Dominus noſter pacem eccleſiæ reddidit, obſervatio prius durior, interveniente miſericordia*,

(1) In Cap. *Neceſſe eſt*. (2) Epiſt. 95.
(3) Epiſt. ad Exuperium.

dia, inclinatior eſt. Nonne quod eius ætatis Pontifices ad Chriſtifidelium ſalutem emollire iudicaverint, Succeſſoribus non licere dicemus?

Quod de Ieiunio quo ad cibum, & potum nimis laxato dictitant, remiſſa quidem eſt priſca illa ſeveritas, permittente Eccleſia: aliter ſi contra eius mentem ſtatutum a Doctoribus eſſet, confixæ, damnatæque illorum opiniones de refectiunculæ veſpertinæ uſu, ac vini extra cœnam fuiſſent, ut damnatæ reipſa fuerunt opiniones ab Alexandro VII. quatuor ad ieiunium ſpectantes, & nuper a Benedicto XIV. (*a*), & Clemente XIII. (*b*) factum novimus: quod ſi facere miſerunt circa vini potum extra cænam, & circa refectiunculam (cuius tamen de qualitate ætate hac noſtra laudati Pontifices ſtatuentes, nonnulla vetantes, viſi ſunt uſum tacite approbare) humanæ inbecillitatis, atque infirmitatis miſerti.

(*a*) Conſtitutione In Suprema
Conſtitutione Non ambigimus
Conſtitutione Libentiſſime

(*b*) Epiſtola ad Archiepiſcopum Compoſtellæ: Appetente ſacro.

Erroneum vero eſt, & reprehenſione dignum, quod de forma Sacramenti Pænitentiæ ex Morino in medium profertur, eam ſcilicet ab initio Eccleſiæ per duodecim ſæcula Deprecativam fuiſſe, atque theologorum deinde doctrina moralium Indicativam eſſe: Quum id a Sacroſancta Tridentina Synodo, (*a*) quœ nec errare potuit, nec contra antiquiſſimam Eccleſiæ Traditionem quidquam ſtatuere, decretum ſit contra hæreticos docentes Declarativam fuiſſe. Verum hæc, & his affinia præoccupato contra Theologos hoſce morales iudicio obtruduntur.

Laxitatem in mores inductam a moralibus Theologis item obiiciunt. Hæc ad Probabiles Doctorum ſententias præ probabilioribus querela potiſſimum videtur dirigi; ſed plenæ ſunt bibliothecæ, ne dicam volumina Sapientium, manibus omnium trita, quæ huiuſmodi querimonia res diſtinguendo, enucleandoque faciunt ſatis, & recoctam veluti crambem apte refutant. Cæterum quis amabo te,

(*a*) Tridentinum ſeſs. 14. de Pænit. cap. 6. can. 9. ait: *Si quis dixerit Abſolutionem Sacramentalem Sacerdotis non eſſe actum Iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata &c. Anathema ſit.*

te, cogit nolentem probabili ſententiæ adhærere? Cave ſis peius cane & angue: Probabiliorem fando, agendove diligenter conſectare. Hoc ſi faxis, iam peto, erit ne Moralis doctrina, & ſchola prorſus abigenda? Si neges, non Moralis ergo doctrina, ſed præoccupatus animus eſt reprehendendus, qui tot declamationibus anſam præbuit, & vires miniſtrat. Si affirmes: iam quid velles a PP., & Conciliis definitum? Fortaſſe tutam, aut tutiorem: Ad tutam accede, Tutiorem ſelige, imo ſi potes Tutiſſimam. Itaque quod ſuperius intendi fixum maneat, ratumque non moralis Theologiæ ſtudium eſſe culpandum, ſed abuſum qui ut humana ſunt omnia, in reliquis omnibus facultatibus merito traducitur, nec ea de re minoris eſt illarum opera, atque profeſſio.

Erraſſe non raro moralium doctorum aliquos ultro fatebimur, ſed non adeo hebetes ſumus, aut protervi, ut diffiteamur maxima christianorum cætui beneficia contuliſſe, ut de hæreticis catholica dogmata impugnantibus inquit Auguſtinus, (in rem ſimilem tanti doctoris verba liceat accomodare): *Multa* ait (1), *ad Fidem catholicam pertinentia*, *ta*

(1) Lib. 16. de Civ. Dei cap. 2.

dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & inſtantius prædicantur, & ab adverſario mota quæſtio exiſtit occaſio.

De hac porro Facultate, quæ in immenſum excrevit, præſtat nihil hic dicere quam pauca inepte delibare: deguſtabo tamen, ut opellæ huius conſuetudinem teneam.

Canon I. Quod vel a Scripturis ſanctis, vel a communi Patrum ſententia, vel confixum a Pontificibus reprobatum que eſt, reprobet pariter, ac damnet Theologus, ne latum quidem, ut aiunt, unguem, a definitis recedendo.

Canon II. Si aliqui ex Patribus ab aliis diſſentiant utramvis partem Theologo ſequi licet,penſatis rationum momentis,quæ ad unum præ altero ſeligendum animum inducunt.

Canon III. In opinionibus, quas probabiliſſimas dicunt univerſim Theologi, oppoſitam partem ſequi imprudentiſſimi Doctoris eſt: quippe ſi ex contradicentibus poſitionibus altera probabiliſſima eſt, altera nomen vix, & ſpeciem habet probabilitatis.

Hæc indubia utrique confligentium parti: de aliis vero quum non tot, ac plura a Do-

ctori-

ctoribus exarata utrinque ſint volumina, ἀδύνατον nobis erit, paucis omnia hic complecti: ne iure igitur nos irridentes audiamus heus tu γλαυκὶς Ἀθήνας, ad alia properamus breviter exponenda fortaſſe utiliora.

§. V.

De Myſtica Theologia.

Hanc Theologiæ partem, quæ Myſtica appellatur ſummis undique involui difficultatibus, nullus, niſi qui ne primoribus labiis quid ipſa ſit deguſtarit, ignorat: Ipſa namque tota intus, teſte, Auguſtino (1) verſatur: *& ſi ab hominibus audiunt*, ait, *tamen quod intelligunt intus datur*: *intus coruſcat*, *intus revelatur*: atque iterum: *In charitate*, ait (2), *proficite*, *quæ diffunditur in cordibus veſtris per Spiritum Sanctum*, *qui datus eſt vobis*, *ut ſpiritu ferventes*, *& ſpiritualia diligentes ſpiritualem lucem*, *ſpiritalemque vocem*, *quam carnales*, *& animales homines ferre non poſſunt . . . interiore con-*

P 4

(1) Tract. 26. in Ioan.
(2) Tract. 96. in Ioann.

conſpectu, auditu noſſe poſſitis. Idipſum firmat, fuſiuſque explicat doctiſſimus Ioannes Gerſonius (1): *Theologia Myſtica* inquiens, *innititur ad ſui doctrinam experientiis habitis ad intra in cordibus animarum devotarum ...... Illa autem experientia, quæ intrinſecus habetur nequit ad cognitionem intuitivam, vel immediatam deduci illorum, qui talium inexperti ſunt: quemadmodum nullus poſſet docere perfecta, intuitivaque cognitione, quæ res eſt amor apud illum, qui numquam amaſſet, quæ ſimiliter res eſt gaudium, aut triſtitia, aut alia ex paſſionibus intrinſecis Animæ, ſi numquam aliqua tali paſſione fuiſſet affectus: hoc idem de cæcis reſpectu colorum, & de ſurdis reſpectu harmoniarum dici ſolet. Has vero cognitiones experimentales de Deo interius vocant Sancti variis nominibus, ſicut pro rei varietate multiplicatæ ſunt ſuper numerum. Vocant autem Contemplationem, Ecſtaſim, Raptum, Liquefactionem, Transformationem, Unionem, Exultationem Iubilum eſſe ſupra ſpiritum rapi ſcilicet in divinam Caliginem, guſtare Deum, amplecti Sponſum,*

(1) In 1. par. de præamb. ad Theol. Myſt. conc. 2.

ſum, oſculare eum, gignere de Deo, & parare verbum: introduci in divina cellaria, inebriari torrentem voluptatis, currere in odorem unguentorum ſuorum, audire vocem eius, intrare in cubiculum in pace, & in idipſum dormire, & requieſcere.

Accedit quod, eodem docente Auguſtino (1), quum *Hæc inviſibilia ſimplici mentis, atque rationis intentione intellecta conſpiciamus, ſine ullis formis, & molibus corporalibus ſine ullis lineamentis, figuriſque membrorum ſine ſpatiis infinitis*, conſequens eſt, ut ne ii quidem, qui extraordinariis hiſce fruuntur donis, explicare valeant, ut de ſe inquiebat Apoſtolus (2) *Vidi arcana Dei, quæ non licet homini loqui*, ſed rudi, confuſoque modo ea exponere vix fas erit. At quum certum non ſit, indubiumque, num Deo largiente, divinoque ductante Numine, ea ſint, an Deo ipſo permittente a communi hoſte ſub dubiis ſignis latitante, ex ſupra expoſitis difficultatibus difficillimum erit huius rei criterium ſtatuere, ac certo definire, *Opus ſane*

(1) Epiſt. Ad Conſentium.
(2) I. ad Corinth. cap. 12.

Digitized by Google

ſane, inquit Eminentiſſimus Bona (1), *difficile*, *multa obſitum caligine*, *caſuum varietate perplexum*, *& quibuſdam quaſi cavernoſis anfractibus impeditum*, *quod omnem quærentis diligentiam occurrentibus*, *ſæpe inſolubilibus nodis ita eludit*, *ut modo elabatur e manibus*, *quod inventum eſt*, *modo rurſus apparet*, *& iterum abſorbeatur*.

Neque id cuique mirum ſit, ſi ad Auguſtini verba animum adiiciat, qui rem totam a divino prælucente ſpiritu repetit, deducitque: explicans ipſe verba S. Ioannis (2) 4. *Nolite omni ſpiritui credere*, *ſed probate ſpiritus*, *ſi ex Deo ſint*: ait: *Unde probo? Probare vellem*, *ſi errare non poſſem*. *Certe niſi probavero ſpiritus*, *qui ex Deo ſunt*, *incurram neceſſe eſt in ſpiritus*, *qui ex Deo non ſunt*, *& ex hoc ſeducar a pſeudoprophetis*. *Quid agam? quomodo obſervem? O ſi S. Ioannes quomodo nobis dixit*: Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate Spiritus, qui ex Deo ſunt, *dicere dignaretur*, *quomodo probentur ſpiritus*, *qui ex Deo ſunt*! *ſed ne ſoliciti ſimus*:

(1) De diſcret. Spirit. cap. 1.
(2) Serm. 3. de verbis Apoſt.

mus: Ipſe Spiritus facit nos poſtulare, quod non poſſumus.

Non inconſulto difficultatem Myſticæ Theologiæ fuſius paullo expoſuimus, quam prima fronte neceſſarium eſſe videri poſſit; ne qui ſcilicet ſuæ doctrinæ, prudentiæque innixi faciles ſint ad Animarum huiuſmodi directionem: Sciant velim iſti, viros doctrina præcellentes, ac magni nominis, ut de Magno Tertulliano mox dicemus, deceptos fuiſſe: & quum de negotio agatur non levis momenti, nulla erit doctrina, nulla regula, cautio nulla, quæ ſatis eſſe dicatur.

Caute igitur ut in re tanti momenti incedamus, paucis, quid doctores, ſapientiores in hac facultate viri excogitarint, atque meditati ſint, exponemus. Quæ autem omnia (quippe quum res valde implexa, atque ardua ſit explicatu) iisdem plerumque verbis Auctorum, qui de ea ſcripſerunt, referemus.

Canon I. Antequam de extraordinariis huiuſcemodi donis pronunciet quis, tutus ſit oportet, Animas haſce non abſtinere modo, ſed & a lethali crimine abhorrere: item a venialibus noxis cavere, præſertim deliberatis; quod ſi tales eſſe non deprehenderit, eas argu-

argumentis ad id aptis purget, purgataſque ſemper magis, magiſque confirmet (*a*). Apta vero ad id media erunt primo divinæ Iuſtitiæ, divinique Iudicii metus, ut Pſal. 118. legitur: *Confige timore tuo carnes meas: a Iudiciis enim tuis timui*. Secundo præmiorum divina promiſſio, ut Pſalm. 118. *Inclinavi cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem &c. Intelligentia clara*, ait Gerſon (1), *& ſapida eorum, quæ creduntur ex evangelio, quæ vocatur Theologia myſtica conquirenda eſt per Pœnitentiam magis quam per ſolam humanam inveſtigationem*. Hoc vitæ ſpiritualis initium *vitam Purgativam* huius facultatis Doctores nominant.

Canon II. Non una ſit contentus a venialibus voluntariis culpis, immoderatiſque affe-

(*a*) Accidere ſolet plerumque, ut ſub initium vitæ in melius mutatæ, huiuſmodi Animæ tædio, diffidentia, anxietatibus, & deſperatione tententur: imo uno, eodemque tempore omnibus hiſce ſimul veluti opprimantur: quamobrem prudens director ipſas adverſus hæc omnia muniet, ſolidabitque, atque in ſuſcepta chriſtianæ perfectionis via firmare omni ope curabit.

(1) Lect. 1. contr. vanam curioſit. conſider. 9. Tom. 3.

affectibus abſtinentia ſapiens director: ſed qua via virtutes comparari facile valeant edocebit atque aperiet: Animi ſcilicet depreſſione, ne ſuis viribus, ſed divino fidant auxilio, exemplo S. Davidis (1) clamantis: *Reſpice in me, & miſerere mei: &* iterum: *Adiuva me, & ſalvus ero*: rurſus *Tuus ſum ego, ſalvum me fac: Secundum miſericordiam tuam vivifica me, & cuſtodiam teſtimonia oris tui*. Secundo meditatione cœleſtium obiectorum, ut ait Hieremia (2) *Sedebit ſolitarius, & levabit ſe ſuper ſe*: (3) *In meditatione mea exardeſcet ignis*, ut docet Pſalmiſta: & ut in Proverbiis. (4) *In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos*. Atque ea præſertim ſibi contemplanda proponat, quæ Chriſtus Dominus in hac mortali vita: *Paſſus pro nobis eſt*, ut docet Sanctus Apoſtolus Petrus (5), *nobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia eius*. Tertio inſigni excellat obedientia atque in ea crebro Animas huiuſmodi exerceat ſapiens director. Orationi tandem aſſidue, diligenterque operam navet. *Effectus*

(1) Pſal. 118. (2) Thren. 3. 28.
(3) Pſalm. 34. 4. (4) Proverb. 3, 6.
(5) 1. Petri 2. 11.

fectus tamen connaturales, penitus inſeparabiles bonæ Orationis ſunt, inquit Philippus a Ss. Trinitate (1), *Primus eſt maior lux ad ſuipſius, & Dei cognitionem: Secundus maior recollectio: interior apparet exterius in facie modeſta, & gravi: Tertius eſt maior mortificatio tum exterior carnis, tum interior mentis, quæ eſt orationis mentalis germana ſoror: Quartus tandem eſt contemptus omnium viſibilium: & licet ſint alii plures effectus, & ſigna bonæ orationis mentalis, recenſiti tamen ſunt ei magis intrinſeci, magis infallibiles, & magis apparentes*. Deum item præſentem adoret, atque cum eo frequenter colloquatur, atque interius ipſum loquentem ſubmiſſo animo audiat.

Canon III. Si quis virtutes adeptus iam erit, ita ut in earum actibus exercendis fere nullam ſentiat difficultatem, ad ſublimia Evangelicæ perfectionis præſtantiori modo exequenda invitandus eſt, ſuaviterque urgendus ad omnimodam cum divina voluntate coniunctionem, non ut ſe ſubiiciat tantum, ſed amet quoque exoptetque id, quod novit Deo

(1) Part. 1, Theol. Myſt. Tract. 1. art. 9.

Deo placere ipſum velle debere, etiamſi maximopere Animæ patienti adverſetur: Atque id ex perfectione divinæ voluntatis, quæ nonniſi optima iubere poteſt, ac velle: atque hinc ad ſublimiora gradiatur, ac difficiliora virtutum exequi conetur.

Ex his quandoque accidit, ut a Deo in Animam immittatur *Unio*, *Quies*, *Intuitio*, *Interior Loquela*, aliaque extraordinaria, ſi quæ ſunt huiuſmodi dona. Quæ tamen quum vel a Deo, vel a Phantaſia quandoque eſſe poſſint, vel etiam a Dæmone, vigili, ac prudente directore opus eſt ad dignoſcendum, quæ Dei dona ſint, quæ Dæmonis præſtigia.

Canon IV. Non ſine ſuffragio Virorum omni exceptione maiorum, qui probatæ ſint doctrinæ, quique diu, multumque ſint in huiuſmodi rerum diſquiſitione verſati admittendæ ſunt Revelationes, Prophetiæ, Portenta, Miracula, aliaque extraordinaria dona, quippe quæ ut notat S. Thomas (*a*) a Dæmone nonnumquam eſſe poſſint, quibus vera dicere aliquando,

(*a*) Nmer. 22. *dicit* (1) *quædam Gloſſa*, ait S. Doctor (*col-*

(1) In Surf. ſecunda ſecundæ Adnot. Cl. &c. de Rubeis qu. 171. art. 6.

do, conceditur, & quorum mens ſuperioris ordinis quum ſit, aliqua cognoſcere valet, quæ non poſſunt homines, eaque hominibus, vel mulieribus arreptis manifeſtare: Facilitati huic credendi ſapientiſſimi Tertulliani lapſum tribuit Eminentiſſimus Baronius, *Acceſſit*, ait (1), *ad*

(*colligitur ex ordine Rabbani ſuper illud* miſit ergo nuncios), *quod Balaam divinus erat dæmonum ſcilicet miniſterio, & arte magica nonnumquam futura præcognoſcebat: ſed ipſe multa prænunciavit vera, ſicut eſt id, quod habetur* num. 24. 17. Orietur Stella ex Iacob, & conſurget Virga de Iſrael: *ergo etiam Prophetæ dæmonum pronunciant vera*.

Ex dicendum quod ſicuti ſe habet bonum in rebus, ita verum in cognitione: Impoſſibile eſt autem invenire aliquid in rebus, quod totaliter bono privetur: unde etiam impoſſibile eſt eſſe aliquam cognitionem alicuius veritatis: unde Beda dicit, quod nulla falſa eſt doctrina, quæ non aliqua vera falſis intermiſceat: unde & ipſa doctrina Dæmonum, qua ſuos Prophetas inſtruit, aliqua vera continet, per quæ receptibilis redditur: ſic enim intellectus ad falſum deducitur per apparentiam veritatis, ſicut voluntas ad malum per apparentiam bonitatis: unde & Chryſoſtomus dicit ſuper Matth. (2) Conceſſum eſt Diabolo interdum vera dicere, ut mendacium ſuum rara veritate commendet.

(1) Annal. an. Chriſt. 201.
(2) Hom. 19. in oper. imperf.

ad facilioris hominis lapſum, quod ipſe licet durus in diſciplina, in credendo tamen magna erat facilitate præditus, adeo ut quæcumque muliercula ſe aliquid ſecundum viſum accepiſſe diceret, mox tantam illi præſtaret fidem, ut quum alioqui eruditiſſimus eſſet omnem illi poſthaberet doctrinarum veritatem: Eſt de ea re potens exemplum ab ipſo deſcriptum in libro de Anima, quo quidem apertiſſime demonſtratur, inſaniſſe plane hominem, dum arbitrio mulierculæ a cardine dimoveretur non tantum chriſtianæ Theologiæ; ſed etiam humanæ Philoſophiæ, ut Animam corpoream, coloratam, Antropomorphitamque crediderit. Ex his vides . . . . . ad lapſum ſibi in hunc modum præcipitium præparaſſe.

Canon V. Non ea de re reiicienda ſtatim ſunt, aut pro præſtigiis habenda dona id generis extraordinaria; ſed mature examinanda eſſe docet Cl. Bartholomæus Medina: ita Iacob de Ioſephi ſomnio, inquit ipſe (1), feciſſe teſtatur Scriptura: *Pater autem rem tacitus conſiderabat*: quare generatim ob oculos habenda ſunt.

(1) In ſecunda ſecundæ.

.. Primo num Fidei dogmata ſancte teneant, & cum Eccleſia catholica veritatis magiſtra omnino ſentiant: aliter enim, ceu Montanus, & Priſcilla, qui Prophetas ſe eſſe iactabant, ut deceptores reiiciendi ſunt: *Nam tametſi*, ait Medina (1) *mali homines aliquando veris revelationibus, & illuminationibus illuminentur a Deo ut in Balaam, & aliis vidimus; nihilominus raro id evenit, ſed fere ſemper vel in doctrina, vel in moribus falſitas, & error immiſcetur*. Oppoſitum vero obſervatum ſemper eſt in veris revelationibus, quæ a Deo fuerunt: *Nihil umquam*, ait Bona (2) *in Thereſiæ revelationibus, eorumque adiunctis viri docti obſervarunt, quod a regulis Fidei, & Chriſtianæ perfectionis alienum eſſet, nec erat in illis, quod poſſet reprehendi*.

Secundo, (quod maxime fit ab omnibus omnino huius facultatis doctoribus) inſpiciendum eſt corporis temperamentum, num craſſis humoribus, & melancholicis abundet, num macie confectum, num ſanguine nimis fervido, quibus turbari, vel accendi facile po-

(1) In tertia part. quæſt. 25. art. 3. reg. 3.

(2) Cap.20. num.5. de S.Thereſ. revelat. de diſcr. ſpir.

poteſt phantaſia, & quæ non viderint, ſe vidiſſe putent, in ſomniis præſertim, dum quæ amant, & volunt, facile ſomniatur. Ita Bartholomæus Medina (1) Martinus del Rio (2) Ludovicus Abelly (3) Ioannes Bona (4), qui *Conſideranda*, ait, *Corporis conſtitutio, ex qua plerumque animi mores pendent: etenim facile decipi poſſunt, qui parum firma valetudine utuntur, qui turbidæ, ac vehementis imaginationis ſunt, qui atra bili abundant, quæ depravare phantaſmata ſolet variaſque imagines turbatis ſenſibus imprimere, adeo ut vigilantes ſibi ſomnia fingant, atque ea ſe videre, & audire exiſtimant, quæ nec viſu, nec auditu percipiunt: ex longa itidem inedia, crebriſque ieiuniis, ac immoderatis vigiliis exiccato cerebro, diſſipatiſque ſpiritibus, inania phantaſmata repreſentantur, quibus illuſa mens tamquam divinis revelationibus pertinaciter adhæret.*

Cautius adhuc longe hac ſuper re cum

Q 2 Mu-

(1) In tertia part. quæſt. 25. art. 3.
(2) Lib. 4. diſq. Magic. quæſt. 3. ſect. 2.
(3) Part. 1. Medul. Theol. tract. 1. cap. 3. ſect. 4.
(4) De diſcr. ſpir. cap. 20.

mulieribus incedendum, quæ quum ratione minus valeant, ut cenſet Ariſtoteles (1), minus etiam aptæ ſunt ad diſcernendum: & quum debilioris etiam ſint naturæ, anxiæ eſſe ſolent, & imbecillioris phantaſiæ, quæ quum citius defatigetur, decipi facilius ſolent: quare, ut optime monet Bona (2) *debent Prælati, & Rectores Animarum revelationibus Mulierum obſiſtere, & eas ſpernere, & increpare, quod ambulare audeant in mirabilibus ſuper ſe*. Idem inſinuat Gerſon apud del Rio (3).

Tertio ſedulo, ac ſtudioſe earum mores inſpiciendi, & vitæ ratio, de quibus ait Medina (4) domeſtici, amici interrogentur & familiares: paucis, quantum datur, & licet, obſervanda vita diligentiſſime, ſi ſcilicet voluptatibus, cupiditatibus, & proprio commodo vacent: Si vanitati deditæ, garrulæ, inſtabiles: Idem ſi aſſentatorie, & blande cum directore loquantur.

Quarto inquirendum quoque an viſiones, aliave huiuſmodi extraordinaria dona appetant

(1) 3. Politic. (2) Loc. cit.
(3) Lib. 4. diſquiſ. Magic. quæſt. 3. ſect. 1.
(4) Loc. cit.

petant (*a*): de iis libenter loquantur, atque in iis enarrandis oblectentur, familiariterque illis utantur, qui hæc audire cupiant: ſiquidem ex radice ſuperbiæ, quum iſthæc omnia oriantur, facile, Deo permittente, Dæmon illis ludos facit.

Quinto quem in virtutibus progreſſum fecerint, num videlicet demiſſe de ſe ipſæ ſentiant (*b*): num directoris dicto, quæcunque tandem præcipiat (modo ne quid divinæ legi contrarium ſit) alacriter pareant: num in ipſa animi demiſſione, & obedientia

(*a*) *Ne fidant*, inquit S. Thereſia (1) *Animæ viſionibus*, *& Revelationibus particularibus*, *nec collocent perfectionem in eis habendis: licet enim aliquæ ex eis ſint veræ*, *plures nihilominus ſunt falſæ*, *& mendaces: difficile eſt invenire unam veritatem inter plura mendacia: quo avidius expetentur*, *& in in pretio habebuntur*, *eo magis abberrabitur a fide*, *& animi demiſſione*, *quæ eſt via tutior*.

(*b*) *Solent Perſonæ*, ait Gerſon (2), *quibus per Revelationes Dæmon illudit*, *fateri quidem ſe peccatores*, *& indignos eſſe; ſed aperte increpationes hujuſmodi ægre ferre*, *& ſic detegitur interna ſuperbia*, *& cognoſcitur illuſio*.

(1) Vit. cap. 15., & manſ. VI. cap. 9.

(2) Apud Apud Martinum del Rio lib. 4. Diſquiſ. mag. quæſt. 3 ſect. 1.

ſimplicitas appareat, atque tranquillitas: qua adverſus proximos charitate polleant, eos præſertim a quibus parvi ſe fieri non ignorant.

Canon VI. *Frequentia nimia Revelationum*, ait Cl. Aloiſius Abelly (1), *merito illas ſuſpectas reddere debet, neque enim Deus, niſi maximis, & graviſſimis de cauſſis aliquid revelare ſolet: & quamvis ante Chriſti adventum eſſent crebriores Revelationes, eo quod mundo tenebris errorum operto, tunc eſſent neceſſariæ, ut illis, quaſi quibuſdam faculis, & luminibus in illa nocte cæcitas hominum iuvaretur; at nunc exorto ſole veritatis, & diffuſa undequaque Evangelii luce, quum minus neceſſariæ ſint, rarius a Deo fieri ſolent.*

Canon VII. Si Viſiones prævia cogitatione advenerint: ſi diu perdurent, erunt valde ſuſpectæ; quia facili negotio a phantaſia ortum habent: contra, ſi ex inopinato, ſi raræ, ſi parum durent, minus ſuſpectæ erunt, ut advertit S. Thereſia (2): Viſio namque tran-

(1) Part. 1. Medul. Theol. Tract. 1. par. 3. ſect. 4.
(2) Manſ. VI. cap. 9.

tranſit tamquam fulgur, ſed infixum menti remanet in Anima eam adfuiſſe.

Canon VIII. Si in apparentibus imaginibus (*a*) aliquid falſi repreſentetur, inanis, & falſa cenſenda viſio eſt: Spiritus enim veritatis neſcit falſum inducere.

Canon IX. Viſiones, & Revelationes quæ a Deo ſunt, licet primo timorem quandoque ingerant; lætitiam tamen gaudium, & ſecuritatem in animum tandem inducunt: quæ namque a Deo ſunt tranquillitatem, & cœleſtem ſecum pacem ferunt, & dulcedinem: Neque timor antea habitus falſam arguit fuiſſe viſionem: quod pluribus probat Bona (2): Sic Daniel conſternatus eſt initio viſionis:

(*a*) Notandum hic cum Eminentiſſimo Bona (1) Quod, *qui ſe per viſum roſeo ſerto redimitos a Chriſto, vel ab Angelo, ſive a B. Virgine, aut annulo, vel torque inſignitos credunt, & prædicant, reiiti debent tamquam propriæ imaginationis figmento, aut Diaboli fraude decepti, niſi perfectiſſimæ vitæ ſint, & eximia præditi ſanctitate, atque ab omni terrena labe purgati. Idem de ſtigmatibus aſſerendum, quæ arte Dæmonis fingi poſſe aliquot exemplis manifeſtum eſt.*

(1) De diſc. Spir. cap. 7. num. 11.

(2) Cap. 8. num. 3. de diſcr. ſpir.

Sic B. Virgo ad Angeli ſalutationem turbata eſt (*a*): Sic commotus eſt Zaccharias viſo Angelo, & timor irruit ſuper eum: Sic Ioannes initio Revelationum cecidit tamquam mortuus ex ingenti pavore veluti exanimatus: Sic Apoſtoli in Transfiguratione Domini ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. Id aliis exemplis firmat Maldonatus (1), qui explicans verba S. Lucæ cap. 1. verſ. 12. notat, quod *naturale ſit homini*, *con-*

(*a*) Opportune notandum hic ex D. Thoma (2), ex aliquorum opinione: Quod ex conſuetudine viſionum nullus oritur timor, hinc ait: Quod quum B. Virgo aſſueta eſſet viſionibus Angelorum, non turbata fuit in Viſione Angeli, ſed in Admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de ſe tam magnifica non cogitabat: unde & Evangeliſta non dicit, quod turbata fuerit in Viſione Angeli, *ſed in Sermone eius*. Hanc ſententiam planiorem eſſe, & litteræ evangelii aptiorem, inquit Sylvius (3), atque eam inter Eccleſiæ Patres docuiſſe Chryſologum, (4) ait Eminentiſſimus Gotti (5).

(1) In Cap. 28. Matth. verſ. 4.
(2) 3. par. quæſt. 30. art. 3. ad tertium.
(3) Hic in d. Th.
(4) Serm. 14.
(5) Part. 1. verit. Relig. Chriſt. cap. 5. §. 1. num 18.

conſpectio Angelo etiam timere, ut Origenes, Ambroſius Beda hoc loco, & Chryſoſtomus monuere, ac duplicem rationem addit, non quia quidquam formidabile præſeferat Angelus, ſed tum propter inopinatam præſentiam alicuius in eo loco, ubi neminem adeſſe ſcimus: tum propter Angelicam Maieſtatem, quam humana infirmitas in primo aſpectu non admittit, ut notavit Cornelius Ianſenius Gandavenſis Epiſcopus (1).

Aliam quoque addidit S. Thomas rationem (2), Criterium quoque addens veras a falſis Viſionibus diſcernendi: *Quia* inquit, *ex hoc ipſo quod homo ſupra ſeipſum elevatur, pars eius inferior debilitatur, ex quo provenit perturbatio prædicta: ſicut etiam calore naturali ad interiora redacto, exteriora tremunt: atque ideo*, ait, *Angelus apparens ſciens hanc eſſe humanam naturam, primum perturbationi medetur, unde tam Zaccharia, quam Mariæ poſt perturbationem dixit: Ne timeas, & propter hoc, ut legitur in Vita Antonii non difficilis eſt beatorum ſpirituum malo-*

(1) Concord. Evang. cap. 2. ad 3.
(2) Tert. Part. quæſt. 30. art. 3.

malorumque diſcretio: Si enim poſt timorem ſucceſſerit Gaudium, a Domino veniſſe ſcimus auxilium, quia ſecuritas animæ præſentis Maieſtatis indicium eſt; ſi autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt, qui videtur. (a) S. *Thomæ* ſententiæ ſubſcribit Eminentiſſimus Gotti (1).

Fir-

(a) Ab his non diſſentit Cl. Bartholomæus Medina (2); monet tamen hæc *per ſe* ita ſe habere; at *per accidens* evenire poſſe oppoſitum: idcirco neque hoc eſſe certum, firmumque veræ, vel falſæ viſionis Criterium. *Intelligenda*, ait, *eſt* per ſe, *videlicet quantum eſt ex natura bonorum, & malorum ſpirituum, communis ſiquidem utriſque apparentibus eſt humana turbatio propter naturam noſtram: Verum bonorum apparitio ad Deum animum ducens ſecuritatem animi parit: Malorum autem, quia a Deo Averſiva eſt, non habet unde ſecuram Animam reddere valeat; Cæterum* per accidens *oppoſitum contingere poteſt, dum Sathanas transformans ſe in Angelum lucis ad hanc conditionem Angeli lucis ſtudet: poteſt enim poſt turbationem commovere phantaſmata, inferioremque partem animæ ad materiam aliquam gaudii, & avertere materiam timoris, ut ſic abſque timore animus*

(1) Tom. 4. part. 1. verit. Relig. Chriſt. cap. 5. §. 1. num. 18.

(2) In part. 3. quæſt. 30. art. 3. ad 3.

Firmiorem, tutioremque indicat viam Cl. Lopez cuius verba ipſa referre hic placet: *Omnes Paſſivæ, & extraordinariæ communicationes*, inquit ipſe (1): *quæ a bono ſpiritu procedunt, quaſi a ſupernaturali agente productæ efficaciſſime imprimuntur in Animæ potentiis, quæ ex vi ſuperexcedentis impulſus manent efficaciter excitatæ ad opus, ſed quaſi ſitibundæ, & irritatæ, ex qua validiſſima infuſione mirabiles gignuntur effectus, quibus Anima abſque hæſitatione, vel timore clariſſime percipit, non ſua facultate, ſed divina virtute, fuiſſe motam; & licet interdum huiuſmodi intelligentiæ reflexione careat, percipit tamen in ſuis poten-*

mus lætus reddatur. Et propterea illud ſignum commemoratum non ſemper certum eſt: Unde memineris quod in his, quæ ſunt per accidens contigit ſapientes falli. Circa hoc vide Auguſtinum lib. 12. Confeſ. cap. 14. ubi ait, quod certe diſcernere in huiuſmodi viſionibus quis ſit Bonus, vel Malus Spiritus arbitratur poſſe neminem ſcire, niſi ille, qui acceperit illud donum, de quo Paullus: Alii diſcretio Spirituum, &c., & refert Auguſtinus de Matre ſua lib. 6. confeſs., quod affirmaverit ſe dulcedine quadam, & ſuavitate ſpiritus, quam explicare non poterat, diſcernere, quando erat bonus ſpiritus, quando malus.

(1) Lucern. myſtic. tract. 4. cap. 19. num 178.

potentiis quaſi plenitudinem exuberantem, quæ ad averſionem creaturarum, & converſionem in Deum, & ad egregia opera impellit. Hæc motio, excitatio, impulſus, qui a myſticis ſolet vocari Donum Excitationis, *omnes favores ſupernaturales, & omnes motus infuſos magis, minuſve comitatur, quin umquam ſit huius regulæ generalis exceptio: ſicut nulla etiam datur viſio infuſa, & Illuſio Dæmonis, in quibus non adſit etiam vehemens exercitatio ad malum, quæ licet interdum clam lateat, breviter tamen manifeſtatur, & ſuos malos producit effectus. Hæc regula numquam fallere poteſt Magiſtrum tam in impulſibus boni, & mali ſpiritus, quam in impulſibus ab humano ſpiritu productis.*

Quamobrem obſervare debet diligenter ſi Viſiones, Revelationes &c. hos effectus bonos habuerint, vel malos producant, & cum prædicta efficacia, & novitate, atque immutatione ſpiritus, vel ſi nullos pariat, ſed eo tantum, qui communi cauſſa, & per ordinariam, & fervidam meditationem oriri ſolent: quia ſi primi generis ſint, erunt a bono ſpiritu: ſi ſecundi generis, a malo, & diaboli-

Digitized by Google

co: ſi tertii generis, a ſpiritu humano, & propria imaginatione, & paſſione. Hac generali regula, quæ nullam habet exceptionem omnes ſpiritus circa res infuſas, & e traordinarias, quæ frequenter torquent animos directorum, poterit magiſter facillime diſtinguere, & cognoſcere, & hæc quidem practice nonnullas fallacias, & imaginationes quotidie forſan deteget, & manifeſtabit: nam adhuc in delirantibus imaginativis, vel a Dæmone poſſeſſis, puſillanimis, & ſcrupoloſis ſemper ex modo motionis, & ab eius effectibus indicatio ſumenda eſt. In nullo quippe iſtorum ſi motio ſit ſupernaturalis, & penitus infuſa abſunt prædicti efficaciſſimi effectus.

Canon X. Contingere quandoque poteſt, quod mulieres, præſertim captandi apud directores gratiam, ut Viſiones, Revelationes, atque Apparitiones, quas fortaſſe legerint, ſe habuiſſe ſimulent, ac directori enarrent: quapropter notandum, quod ſapienter monet Mattheucci (1). *Apparitio divina*, ait, *eſt, ſi ei fiat, qui perfectioni vacat: ieiuniis, vigiliis,*

(1) In pract. Theolog. canon. tit. 3. cap. 3. art. 2. §. 2. num. 30.

liis, & flagellis carnem crucifigat cum vitiis: Deo, & non hominibus placere intendat, ac perſeveranter functionibus virtutum, & Dei gloriam procuret: ut proximis temporalia, & ſpiritualia præſidia intra vires communicet. Has commendans Paullus ad Hebr. 5. *inquit: Perfectorum eſt ſolidus cibus eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali, ut non audeant Viſiones, & Apparitiones ſimulare, vel alterare aut pro veris fictas referre.*

Canon XI. Abſtinentia a cibo, & potu ut ut diuturna non eſt perfectionis ſignum, neque argumentum doni ſupernaturalis: tum quia, quæ extraordinaria dona ſe habere fingunt, ſimulant omni cibo, potuque abſtinere: clanculum licet veſcantur, & fortaſſe inebrientur, ut accidiſſe non ſemel novimus: tum quia Inediam ex naturali cauſſa eſſe poſſe notant phyſici, atque exemplis firmant, præſertim in iis qui humore phlegmatico abundant, ut cenſet Torreblanca (r), quia calor naturalis illo utetur pro alio cibo, ne totus humor abſumatur, quod notavit quoque

(r) Lib. 2. de Magia cap. 21. num. 3.

que Martinus del Rio (1): Immo Fortunius Licetus (2) refert Diogenem ieiunaſſe quadraginta diebus: & ex Plutarcho amitam Timonis duos menſes: ex Cælio Rhodigino hominem quemdam biennio: ex Ioanne Langio (3) ultra biennium Puellam: ex Henrico Svetio (4) Puellam in Palatinatu per ſeptennium: & licet Academici Bononienſes (5) doceant Ieiunia iſthæc eſſe poſſe ſine miraculo, & a Natura in infirmis, non vero in benevalentibus: quum præter alia ex Hippocrate, ſeu ex Auctore Libri *de Carnibus*, qui Hippocrati tribuitur, legatur: *Qui ſeptem diebus abſque ullo cibo permanſerint, dein non poſſunt etiam volentes cibis ſubveniri: Ieiunium enim Inteſtinum in his diebus cohæreſcit*; Carolus tamen Matta (6) quum recte meneat id a Dæmone fingi poſſe: idcirco rem dubiam valde eſſe cenſemus. Prudenter igitur Matthæucci inquit (7): *Quare concludendum, quod*

(1) Diſquiſit. mag. lib. 2. quæſt. 25.
(2) In opere *de iis, qui vivunt ſine alimento*.
(3) Epiſt. 17. (4) Miſcell. l. 10.
(5) Diſsert. de longis Ieiuniis.
(6) De can. p. 3. cap. 17. num. 16.
(7) Pract. Theol. Canonica tit. 3. cap. 3. num. 5.

.. Primo num Fidei dogmata ſancte teneant, & cum Eccleſia catholica veritatis magiſtra omnino ſentiant: aliter enim, ceu Montanus, & Priſcilla, qui Prophetas ſe eſſe iactabant, ut deceptores reiiciendi ſunt: *Nam tametſi*, ait Medina (1) *mali homines aliquando veris revelationibus, & illuminationibus illuminentur a Deo ut in Balaam, & aliis vidimus; nihilominus raro id evenit, ſed fere ſemper vel in doctrina, vel in moribus falſitas, & error immiſcetur*. Oppoſitum vero obſervatum ſemper eſt in veris revelationibus, quæ a Deo fuerunt: *Nihil umquam*, ait Bona (2) *in Thereſiæ revelationibus, eorumque adiunctis viri docti obſeruarunt, quod a regulis Fidei, & Chriſtianæ perfectionis alienum eſſet, nec erat in illis, quod poſſet reprehendi*.

Secundo, (quod maxime fit ab omnibus omnino huius facultatis doctoribus) inſpiciendum eſt corporis temperamentum, num craſſis humoribus, & melancholicis abundet, num macie confectum, num ſanguine nimis fervido, quibus turbari, vel accendi facile po-

(1) In tertia part. quæſt. 25. art. 3. reg. 3.
(2) Cap.20. num.5. de S.Thereſ. revelat. de diſcr. ſpir.

poteſt phantaſia, & quæ non viderint, ſe vidiſſe putent, in ſomniis præſertim, dum quæ amant, & volunt, facile ſomniatur. Ita Bartholomæus Medina (1) Martinus del Rio (2) Ludovicus Abelly (3) Ioannes Bona (4), qui *Conſideranda*, ait, *Corporis conſtitutio, ex qua plerumque animi mores pendent: etenim facile decipi poſſunt, qui parum firma valetudine utuntur, qui turbidæ, ac vehementis imaginationis ſunt, qui atra bili abundant, quæ depravare phantaſmata ſolet variaſque imagines turbatis ſenſibus imprimere, adeo ut vigilantes ſibi ſomnia fingant, atque ea ſe videre, & audire exiſtimant, quæ nec viſu, nec auditu percipiunt: ex longa itidem inedia, crebriſque ieiuniis, ac immoderatis vigiliis exiccato cerebro, diſſipatiſque ſpiritibus, inania phantaſmata repreſentantur, quibus illuſa mens tamquam divinis revelationibus pertinaciter adhæret.*

Cautius adhuc longe hac ſuper re cum Mu-

(1) In tertia part. quæſt. 25. art. 3.
(2) Lib. 4. diſq. Magic. quæſt. 3. ſect. 2.
(3) Part. 1. Medul. Theol. tract. 1. cap. 3. ſect. 4.
(4) De diſcr. ſpir. cap. 20.

mulieribus incedendum, quæ quum ratione minus valeant, ut cenſet Ariſtoteles (1), minus etiam aptæ ſunt ad diſcernendum: & quum debilioris etiam ſint naturæ, anxiæ eſſe ſolent, & imbecillioris phantaſiæ, quæ quum citius defatigetur, decipi facilius ſolent: quare, ut optime monet Bona (2) *debent Prælati, & Rectores Animarum revelationibus Mulierum obſiſtere, & eas ſpernere, & increpare, quod ambulare audeant in mirabilibus ſuper ſe*... Idem inſinuat Gerſon apud del Rio (3).

Tertio ſedulo, ac ſtudioſe earum mores inſpiciendi, & vitæ ratio, de quibus ait Medina (4) domeſtici, amici interrogentur & familiares: paucis, quantum datur, & licet, obſervanda vita diligentiſſime, ſi ſcilicet voluptatibus, cupiditatibus, & proprio commodo vacent: Si vanitati deditæ, garrulæ, inſtabiles: Idem ſi aſſentatorie, & blande cum directore loquantur.

Quarto inquirendum quoque an viſiones, aliave huiuſmodi extraordinaria dona appetant

(1) 3. Politic. (2) Loc. cit.
(3) Lib. 4. diſquiſ. Magic. quæſt. 3. ſect. 1.
(4) Loc. cit.

petant (*a*): de iis libenter loquantur, atque in iis enarrandis oblectentur, familiariterque illis utantur, qui hæc audire cupiant: ſiquidem ex radice ſuperbiæ, quum iſthæc omnia oriantur, facile, Deo permittente, Dæmon illis ludos facit.

Quinto quem in virtutibus progreſſum fecerint, num videlicet demiſſe de ſe ipſæ ſentiant (*b*): num directoris dicto, quæcumque tandem præcipiat (modo ne quid divinæ legi contrarium ſit) alacriter pareant: num in ipſa animi demiſſione, & obedientia ſim-

(*a*) *Ne fidant*, inquit S. Thereſia (1) *Animæ viſionibus, & Revelationibus particularibus, nec collocent perfectionem in eis habendis: licet enim aliquæ ex eis ſint veræ, plures nihilominus ſunt falſæ, & mendaces: difficile eſt invenire unam veritatem inter plura mendacia: quo avidius expetentur, & in in pretio habebuntur, eo magis abberrabitur a fide, & animi demiſſione, quæ eſt via tutior.*

(*b*) *Solent Perſonæ*, ait Gerſon (2), *quibus per Revelationes Dæmon illudit, fateri quidem ſe peccatores, & indignos eſſe; ſed aperte increpationes huiuſmodi ægre ferre, & ſic detegitur interna ſuperbia, & cognoſcitur illuſio.*

(1) Vit. cap. 15., & manſ. VI. cap. 9.

(2) Apud Apud Martinum del Rio lib. 4. Diſquiſ. mag. quæſt. 3 ſect. 1.

ſimplicitas appareat, atque tranquillitas: qua adverſus proximos charitate polleant, eos præſertim a quibus parvi ſe fieri non ignorant.

Canon VI. *Frequentia nimia Revelationum*, ait Cl. Aloiſius Abelly (1), *merito illas ſupectas reddere debet, neque enim Deus, niſi maximis, & graviſſimis de cauſſis aliquid revelare ſolet: & quamvis ante Chriſti adventum eſſent crebriores Revelationes, eo quod mundo tenebris errorum operto, tunc eſſent neceſſariæ, ut illis, quaſi quibuſdam faculis, & luminibus in illa nocte cæcitas hominum iuvaretur; at nunc exorto ſole veritatis, & diffuſa undequaque Evangelii luce, quum minus neceſſariæ ſint, rarius a Deo fieri ſolent.*

Canon VII. Si Viſiones prævia cogitatione advenerint: ſi diu perdurent, erunt valde ſuſpectæ; quia facili negotio a phantaſia ortum habent: contra, ſi ex inopinato, ſi raræ, ſi parum durent, minus ſuſpectæ erunt, ut advertit S. Thereſia (2): Viſio namque tran-

(1) Part. 1. Medul. Theol. Tract. 1. par. 3. ſect. 4.
(2) Manſ. vi. cap. 9.

tranſit tamquam fulgur, ſed infixum menti remanet in Anima eam adfuiſſe.

Canon VIII. Si in apparentibus imaginibus (a) aliquid falſi repreſentetur, inanis, & falſa cenſenda viſio eſt: Spiritus enim veritatis neſcit falſum inducere.

Canon IX. Viſiones, & Revelationes quæ a Deo ſunt, licet primo timorem quandoque ingerant; lætitiam tamen gaudium, & ſecuritatem in animum tandem inducunt: quæ namque a Deo ſunt tranquillitatem, & cœleſtem ſecum pacem ferunt, & dulcedinem: Neque timor antea habitus falſam arguit fuiſſe viſionem: quod pluribus probat Bona (2): Sic Daniel conſternatus eſt initio viſionis:

 Sic

(a) Notandum hic cum Eminentiſſimo Bona (1) Quod, *qui ſe per viſum roſeo ſerto redimitos a Chriſto, vel ab Angelo, ſive a B. Virgine, aut annulo, vel torque inſignitos credunt, & prædicant, reiici debent tamquam propriæ imaginationis figmento, aut Diaboli fraude decepti, niſi perfectiſſimæ vitæ ſint, & eximia præditi ſanctitate, atque ab omni terrena labe purgati. Idem de ſtigmatibus aſſerendum, quæ arte Dæmonis fingi poſſe aliquot exemplis manifeſtum eſt.*

(1) De diſc. Spir. cap. 7. num. 11.

(2) Cap. 8. num. 3. de diſcr. ſpir.

Sic B. Virgo ad Angeli ſalutationem turbata eſt (*a*): Sic commotus eſt Zaccharias viſo Angelo, & timor irruit ſuper eum: Sic Ioannes initio Revelationum cecidit tamquam mortuus ex ingenti pavore veluti exanimatus: Sic Apoſtoli in Transfiguratione Domini ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. Id aliis exemplis firmat Maldonatus (1), qui explicans verba S.Lucæ cap. 1. verſ. 12. notat, quod *naturale ſit homini*, *con-*

(*a*) Opportune notandum hic ex D. Thoma (2), ex aliquorum opinione: Quod ex conſuetudine viſionum nullus oritur timor, hinc ait: Quod quum B. Virgo aſſueta eſſet viſionibus Angelorum, non turbata fuit in Viſione Angeli, ſed in Admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de ſe tam magnifica non cogitabat: unde & Evangeliſta non dicit, quod turbata fuerit in Viſione Angeli, *ſed in Sermone eius*. Hanc ſententiam planiorem eſſe, & litteræ evangelii aptiorem, inquit Sylvius (3), atque eam inter Eccleſiæ Patres docuiſſe Chryſologum, (4) ait Eminentiſſimus Gotti (5).

(1) In Cap. 28. Matth. verſ. 4.
(2) 3. par. quæſt. 30. art. 3. ad tertium.
(3) Hic in d. Th.
(4) Serm. 14.
(5) Part. 1. verit. Relig. Chriſt. cap. 5. §. 1. num 18.

conſpecto Angelo etiam timere, ut Origenes, Ambroſius Beda hoc loco, & Chryſoſtomus monuere, ac duplicem rationem addit, non quia quidquam formidabile præſeferat Angelus, ſed tum propter inopinatam præſentiam alicuius in eo loco, ubi neminem adeſſe ſcimus: tum propter Angelicam Maieſtatem, quam humana infirmitas in primo aſpectu non admittit, ut notavit Cornelius Ianſenius Gandavenſis Epiſcopus (1).

Aliam quoque addidit S. Thomas rationem (2), Criterium quoque addens veras a falſis Viſionibus diſcernendi: *Quia* inquit, *ex hoc ipſo quod homo ſupra ſeipſum elevatur, pars eius inferior debilitatur, ex quo provenit perturbatio prædicta: ſicut etiam calore naturali ad interiora redacto, exteriora tremunt: atque ideo*, ait, *Angelus apparens ſciens hanc eſſe humanam naturam, primum perturbationi medetur, unde tam Zacchariæ, quam Mariæ poſt perturbationem dixit: Ne timeas, & propter hoc, ut legitur in Vita Antonii non difficilis eſt beatorum ſpirituum malo-*

(1) Concord. Evang. cap. 2: ad 3.
(2) Tert. Part. quæſt. 30, art. 3.

malorumque diſcretio: Si enim poſt timorem ſucceſſerit Gaudium, a Domino veniſſe ſcimus auxilium, quia ſecuritas animæ præſentis Maieſtatis indicium eſt; ſi autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt, qui videtur. (*a*) *S. Thomæ* ſententiæ ſubſcribit Eminentiſſimus Gotti (1).

Fir-

(*a*) Ab his non diſſentit Cl. Bartholomæus Medina (2); monet tamen hæc *per ſe* ita ſe habere; at *per accidens* evenire poſſe oppoſitum: idcirco neque hoc eſſe certum, firmumque veræ, vel falſæ viſionis Criterium. *Intelligenda*, ait, *eſt* per ſe, *videlicet quantum eſt ex natura bonorum, & malorum ſpirituum, communis ſiquidem utriſque apparentibus eſt humana turbatio propter naturam noſtram: Verum bonorum apparitio ad Deum animum ducens ſecuritatem animi parit: Malorum autem, quia a Deo Averſiva eſt, non habet unde ſecuram Animam reddere valeat; Cæterum* per accidens *oppoſitum contingere poteſt, dum Sathanas transformans ſe in Angelum lucis ad hanc conditionem Angeli lucis ſtudet: poteſt enim poſt turbationem commovere phantaſmata, inferioremque partem animæ ad materiam aliquam gaudii, & avertere materiam timoris, ut ſic abſque timore animus*

(1) Tom. 4. part. 1. verit. Relig. Chriſt. cap. 5. §. 1. num. 18.

(2) In part. 3. quæſt. 30. art. 3. ad 3.

Firmiorem, tutioremque indicat viam Cl. Lopez cuius verba ipſa referre hic placet: *Omnes Paſſivæ, & extraordinariæ communicationes,* inquit ipſe (1): *quæ a bono ſpiritu procedunt, quaſi a ſupernaturali agente productæ efficaciſſime imprimuntur in Animæ potentiis, quæ ex vi ſuperexcedentis impulſus manent efficaciter excitatæ ad opus, ſed quaſi ſitibundæ, & irritatæ, ex qua validiſſima infuſione mirabiles gignuntur effectus, quibus Anima abſque hæſitatione, vel timore clariſſime percipit, non ſua facultate, ſed divina virtute, fuiſſe motam; & licet interdum huiuſmodi intelligentiæ reflexione careat, percipit tamen in ſuis*

poten-

mus lætus reddatur. Et propterea illud ſignum commemoratum non ſemper certum eſt: Unde memineris quod in his, quæ ſunt per accidens contigit ſapientes falli. Circa hoc vide Auguſtinum lib. 12. Confeſ. cap. 14. ubi ait, quod certe diſcernere in huiuſmodi viſionibus quis ſit Bonus, vel Malus Spiritus arbitratur poſſe neminem ſcire, niſi ille, qui acceperit illud donum, de quo Paullus: Alii diſcretio Spirituum, &c., & refert Auguſtinus de Matre ſua lib. 6. confeſs., quod affirmaverit ſe dulcedine quadam, & ſuavitate ſpiritus, quam explicare non poterat, diſcernere, quando erat bonus ſpiritus, quando malus.

(1) Lucern. myſtic. tract. 4. cap. 19. num 178.

potentiis quaſi plenitudinem exuberantem, quæ ad averſionem creaturarum, & converſionem in Deum, & ad egregia opera impellit. Hæc motio, excitatio, impulſus, qui a myſticis ſolet vocari Donum Excitationis, *omnes favores ſupernaturales, & omnes motus infuſos magis, minuſve comitatur, quin umquam ſit huius regulæ generalis exceptio: ſicut nulla etiam datur viſio infuſa, & Illuſio Dæmonis, in quibus non adſit etiam vehemens exercitatio ad malum, quæ licet interdum clam lateat, breviter tamen manifeſtatur, & ſuos malos producit effectus. Hæc regula numquam fallere poteſt Magiſtrum tam in impulſibus boni, & mali ſpiritus, quam in impulſibus ab humano ſpiritu productis.*

Quamobrem obſervare debet diligenter ſi Viſiones, Revelationes &c. hos effectus bonos habuerint, vel malos producant, & cum prædicta efficacia, & novitate, atque immutatione ſpiritus, vel ſi nullos pariat, ſed eo tantum qui communi cauſſa, & per ordinariam, & fervidam meditationem oriri ſolent: quia ſi primi generis ſint, erunt a bono ſpiritu: ſi ſecundi generis, a malo, & diabolico:

Digitized by Google

co: ſi tertii generis, a ſpiritu humano, & propria imaginatione, & paſſione. Hac generali regula, quæ nullam habet exceptionem omnes ſpiritus circa res infuſas, & e traordinarias; quæ frequenter torquent animos directorum, poterit magiſter facillime diſtinguere, & cognoſcere, & hæc quidem practice nonnullas fallacias, & imaginationes quotidie forſan deteget, & manifeſtabit: nam adhuc in delirantibus imaginativis, vel a Dæmone poſſeſſis, puſillanimis, & ſcrupoloſis ſemper ex modo motionis, & ab eius effectibus indicatio ſumenda eſt. In nullo quippe iſtorum ſi motio ſit ſupernaturalis, & penitus infuſa abſunt prædicti efficaciſſimi effectus.

Canon X. Contingere quandoque poteſt, quod mulieres, præſertim captandi apud directores gratiam, ut Viſiones, Revelationes, atque Apparitiones, quas fortaſſe legerint, ſe habuiſſe ſimulent, ac directori enarrent: quapropter notandum, quod ſapienter monet Mattheucci (1). *Apparitio divina*, ait, *eſt, ſi ei fiat, qui perfectioni vacat: ieiuniis, vigiliis,*

(1) In pract. Theolog. canon. tit. 3. cap. 3. art. 2. §. 2. num. 30.

liis, & flagellis carnem crucifigat cum vitiis: Deo, & non hominibus placere intendat, ac perſeveranter functionibus virtutum, & Dei gloriam procuret: ut proximis temporalia, & ſpiritualia præſidia intra vires communicet. Has commendans Paullus ad Hebr. 5. inquit: Perfectorum eſt ſolidus cibus eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali, ut non audeant Viſiones, & Apparitiones ſimulare, vel alterare aut pro veris fictas referre.

Canon XI. Abſtinentia a cibo, & potu ut ut diuturna non eſt perfectionis ſignum, neque argumentum doni ſupernaturalis: tum quia, quæ extraordinaria dona ſe habere fingunt, ſimulant omni cibo, potuque abſtinere: clanculum licet veſcantur, & fortaſſe inebrientur, ut accidiſſe non ſemel novimus: tum quia Inediam ex naturali cauſſa eſſe poſſe notant phyſici, atque exemplis firmant, præſertim in iis qui humore phlegmatico abundant, ut cenſet Torreblanca (r), quia calor naturalis illo utetur pro alio cibo, ne totus humor abſumatur, quod notavit quoque

(r) Lib. 2. de Magia cap. 21. num. 3.

Digitized by Google

que Martinus del Rio (1): Immo Fortunius Licetus (2) refert Diogenem ieiunaſſe quadraginta diebus: & ex Plutarcho amitam Timonis duos menſes: ex Cælio Rhodigino hominem quemdam biennio: ex Ioanne Langio (3) ultra biennium Puellam: ex Henrico Svetio (4) Puellam in Palatinatu per ſeptennium: & licet Academici Bononienſes (5) doceant Ieiunia iſthæc eſſe poſſe ſine miraculo, & a Natura in infirmis, non vero in benevalentibus: quum præter alia ex Hippocrate, ſeu ex Auctore Libri *de Carnibus*, qui Hippocrati tribuitur, legatur: *Qui ſeptem diebus abſque ullo cibo permanſerint, dein non poſſunt etiam volentes cibis ſubveniri: Ieiunium enim Inteſtinum in his diebus cohæreſcit*; Carolus tamen Matta (6) quum recte moneat id a Dæmone fingi poſſe: idcirco rem dubiam valde eſſe cenſemus. Prudenter igitur Matthæucci inquit (7): *Quare concludendum, quod*

(1) Diſquiſit. mag. lib. 2. quæſt. 25.
(2) In opere *de iis, qui vivunt ſine alimento*.
(3) Epiſt. 17. (4) Miſcell. l. 10.
(5) Diſſert. de longis Ieiuniis.
(6) De can. p. 3. cap. 17. num. 16.
(7) Pract. Theol. Canonica tit. 3. cap. 3. num. 5.

quod ſi illuſiones abſint, & deſit Dæmonis adiutorium, quoties ieiunium fuerit ultra ſeptem dies continuatum, & ſine deperditione virium tolleratum, neque naturale, neque Dæmoniacum, ſed miraculoſum omnino reputandum (*a*).

CANON XII. Licet per D. Bernardum (*b*) Bel-

(*a*) Hac de re legi poſſunt Horſtius (1) Scottus (2) Schenchius (3) Borellus (4) Marcellus Donatus, qui plurima huius rei refert exempla (5) Etmullerus (6) Citeſius (7) Bucoldianus (8), aliique ſexcenti. Sunt vero qui pro fabellis habent tam longa ieiunia, ut videri poteſt apud eruditiſſimum Andream Spagnium in opere *De Miraculis* (9).

(*b*) *Sed velim ſcire* (10) *Domine, an aliqua ſint ſigna huius adventus tui? Huius conſolationis ſigna ſunt ſuſpira,*

(1) Lib. II. Hiſt.

(2) Phyſic. Curioſ. pag. 463.

(3) Lib. 3. obſer. pag. 321.

(4) Cap. 2. obſ. 68. & cap. 3. obſer. 35. centur. 4. obſerv. 11.

(5) Lib. 4. Hiſt. Med. mirab. cap. 12.

(6) Inſtit. Med. cap. 3. de Nutr. & Auction.

(7) Libel. de Abſtinente.

(8) Epiſt. apud del Rio, & Turreblanca.

(9) Vol. 1. par. 4. art. 27. pag. 245.

(10) Apud Bartholomæum de Martyribus part. 2. comp. doct. myſt. cap. 33. §. 3.

Bellarminum (*a*) alioſque, (*b*) inter ſigna divinæ prælectionis, & dilectionis ſuſpiria,

R adno-

ſpiria, & dulces lacrymæ, quæ a memoria, & ardenti Chriſti deſiderio excitantur. Et iterum (1) *Verbum quaſdam viſitat Animas, tamquam Medicus afferens unguenta, & remedia ſalutaria ſcilicet minus perfectas: alias viſitat tamquam ſponſus oſculans, & amplectens, id eſt ſuaviſſime interius adſtringens ineffabili unitivi Amoris dulcedine, & ſplendore, ſcilicet eas, quæ perfectiores exiſtunt... Oſculis, & amplexibus ſponſi ſola illa Anima fruetur, quæ multis vigiliis, precibus, quæ multo labore, & lacrymarum imbre ſponſum quæſierit.*

(*a*) *Signum certiſſimum* (2) *eorum, qui pertinent ad Columbam gemitus eſt: ſic enim loquitur S. Auguſtinus in Pſal. 54. Nil tam amicum gemitibus, quam Columba, dum die, nocluque gemit.*

(*b*) Idem ſentit Alvarez de Paz (3) & Ioſeph Lopez (4), qui citat S. Laurentium Iuſtinianum lib. de legit. Vit. cap. 9., & S. Auguſtinum In Medit. cap. 36.

Imo affirmat Thaulerus, ut refert Bartholomæus de Martyribus (5) *contemplantes ſæpe in tantam exultationem, ac mentis iubilationem rapi, ut eam ſuſtine-*

(1) Serm. 22. ſuper Cant.
(2) Lib. 1. cap. 2. de Gemitu Colum.
(3) De Vit. Spir. Tom. 3. par. 2. lib. 2. cap. 19.
(4) Lucern. myſtic. tract. 5. cap. 15. num. 144.
(5) Par. 2. doctr. comp. doctr. myſt. cap. 26.

Digitized by Google

adnotentur gemitus, & lacrymarum donum, Ea tamen omnia ita accipienda ſunt ex iiſdem laudatis Auctoribus, ut docet Eminentiſſimus Bona (1), ſi cætera eorum geſta vitæ ſanctimoniæ, & integritati, reſpondeant, ſi vitia ſcilicet radicitus extirpare, virtutibus creſcere, frequenti orationi ſe ſe exercere conentur.

De induſtria vitia extirpare diximus, quippe, ut recte ait Lopez (2), *Solet Deus elargiri Donum infuſum lacrymarum & interdum his, qui non dum bene purgati ſunt, ut bene notat Fr. Thomas a Ieſu de Orat. divin. lib. 2. cap. 2.* Additque (3), quod ante ipſum docuerant Ioannes de Charlier, ac S. Ioannes a Cruce, quod plures ſcilicet harum Viſionum, ac Revelationum cauſſæ, quas ignoramus, eſſe poſſent, concluditque: *Quæ cauſſæ indicant communicationes huiuſmodi fieri animabus nondum perfectis:*

ſtinere non valentes cogantur erumpere in verba, ſuſpiria, & ſingulares geſtus, quod niſi facerent, ex eorum ore prorumperet ſanguis (ut ſæpe accidiſſe conſtat), aut in grande aliquid valetudinis periculum inciderent.

(1) De diſcr. Spir. cap. 12. num. 4.
(2) Lucer. Myſt. n. 154.
(3) Lucern. myſtic. Tract. 5. cap. 6. num. 58.

Digitized by Google

ſectis: quamobrem male agit Director, ſi eas multi faciat, aut animam propter eas reputet perfectam; imo quaſi imperfectam, & multis vitiis, atque fallaciis obnoxiam eam in magna humilitate, mortificatione, dejectione, & obedientia obſervare ſatagat, & prædictas viſiones in profundo ſilentio conſervet: plerumque enim ſunt imaginationes. Nec huic obſtare poterit, quod B. Thereſia, Catharina Senenſis, Birgitta, & aliæ SS. perfectiſſimæ Fœminæ in ſtatu perfecto viſiones imaginarias habuerint, quia Deus ſuorum favorum Dominus eſt.

Atque id adeo verum eſſe tenet Alvarez de Paz (1) ut affirmet: Hoc donorum genus etiam in Animas imperfectas cadere, aut ob duritiam earum, aut ob magnam ignaviam ſolent his inſuetis donis ad devotionem excitari: atque ad id firmandum auctoritatem inducit S. Bonaventuræ (2), a quo non diſcedit S. Thomas (3), & Caietanus (4).

(1) De diſcret. Spirit. lib. 5. par. 4. cap. 5. induſtria 2.

(2) 7. Proceſ. Relig. cap. 177.

(3) Secunda ſecundæ q. 178. art. 2. ad 5.

(4) Ad laudatum S. Th. locum.

Antequam tamen ad ulteriora ſeu ad alia extraordinaria dona perpendenda progrediamur, non omittenda hic puto, quæ habet paucis, omnia tamen complectens, Eminentiſſimus Bona (1) de Revelationibus S. Thereſiæ: *Ut ad hæc, ait, veluti ad lydium lapidem oblatas revelationes examinare, bonumque ſpiritum a malo diſcernere valeat quicumque huic curæ incumbunt....*

Semper timebat diabolicas Illuſiones...

Semper a Spiritu ſibi apparente audiebat, ut communicaret cum viris doctis, ne forte tacens deciperetur.

Suis directoribus exactiſſime obediebat, & poſt Viſiones magis in charitate, & humilitate proficiebat.

In ea magnus Candor.

Si qui defectus erat ſemper reprehendi ab eo ſolebat, qui intus illi loquebatur.

Viſiones ut plurimum contingebant poſt longam, & ferventem orationem, ſive poſt communionem.

Canon XIII. Neque quarumcumque futura-

(1) De diſcr. Spirit. cap. 20. num. 5.

Digitized by Google

turarum rerum, neque occultarum Revelatio(*a*) inter extraordinaria dona a Deo conceſſa il-

 lico,

(*a*) Prophetiæ triplex eſt obiectum: Supernaturalia videlicet: Arcana cordium, & Futura contingentia: quæ diviſio ex Daniele colligitur (1): *Deus revelat Profunda, & Abſcondita, & novit in Tenebris conſtituta. Profunda*, id eſt Myſteria Supernaturalia: *Abſcondita*, hoc eſt Cordium Secreta: *In tenebris conſtituta*, Futura ſcilicet Contingentia. Ex quo illud animadvertendum, quod quandoque futura cognoſci in cauſſa poſſunt, vel ex circumſtantiis res ipſas comitantibus, ut ex corporis diſpoſitione mors prænoſci poteſt: ex aeris variatione Tempeſtates, Terremotus ex ſubterraneorum ignium collectione: quæ omnia, & hiſce ſimilia, hominibus ignota quum ſint, Dæmoni autem facillime nota, hinc poſſunt ope Dæmonum prophetiæ inſtar, per Dæmoniacos prophetas nunciari. Legendus hac de re Auguſtinus *de Divinatione Dæmonum*, ubi plures aperit fraudes, quibus Dæmones decipere homines ſolebant. *Sciendum*, ait (2), *Dæmones ea plerumque denunciare, quæ ipſi facturi ſunt: accipiunt enim ſæpe poteſtatem & morbos immittere, & ipſum aerem vitiando morbidum reddere, & perverſis malefacta ſuadere, de quorum moribus certi ſunt, quod ſint eis talia ſuadentibus conſenſuri*. Et alibi: (3) *Dæmones non*

(1) Cap. 2. verſ. 22.
(2) De Divinat. Dæmon. cap. 5.
(3) De Civit. Dei lib. 9. cap. 22.

lico, & ſine ullo examine ſunt recenſenda. Revelationes enim huiuſmodi, ex S. Thoma, ut Canone IV. adnotavimus, atque hic ex eodem firmamus iterum, quum a Dæmone eſſe etiam poſſint, dubiæ nobis ſemper erunt, donec aliunde divino afflante ſpiritu, Animas huiuſmodi hæc prædicentes ductas fuiſſe, certo nobis non conſtet: Obiicit quippe ſi-S. Thomas (1): *dicitur* 3. *Reg. cap.* 18. 19. *Congrega ad me univerſum Iſrael in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quiquaginta, Prophetaſque lucorum quadringentos, qui comedunt de menſa Iezabel: ſed tales erant dæmonum cultores: ergo videtur quod etiam a dæmonibus ſit aliqua Prophetia.*

℞, ait ipſe, *dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt: Prophetia importat cognitionem quamdam procul exiſtentem a cognitione humana: Manifeſtum eſt autem, quod intellectus ſuperioris ordinis aliqua cognoſcere poteſt, quæ ſunt*

non æternas temporum cauſſas in Dei ſapientia contemplantur, ſed quorumdam ſignorum nobis occultorum maiore experientia multo plura, quam homines futura proſpiciunt.

(1) In ſecunda ſecundæ quæſt. 172. art. 5.

ſunt remota a cognitione intellectus inferioris: ſupra intellectum autem humanum eſt non ſolum intellectus Divinus, ſed etiam intellectus Angelicus bonorum, & malorum ſecundum naturæ ordinem, & ideo quædam cognoſcunt Dæmones etiam ſua naturali cognitione, quæ poſſunt hominibus revelare. Simpliciter autem & maxime remota ſunt, quæ ſolusDeus cognoſcit: & ideo Prophetia proprie, & ſimpliciter dicta ſit per ſolam divinam revelationem: ſed ipſa revelatio facta per Dæmones poteſt ſecundum quid dici Prophetia: Unde illi, quibus aliquid per Dæmones revelatur,non dicuntur in ſcripturis Prophetæ ſimpliciter, ſed cum aliqua additione, puta Prophetæ falſi, vel Prophetæ idolorum: unde Auguſtinus 12. ſup. Geneſ. ad litter. cap. 19. circa fin. Quum malus ſpiritus arripit hominem in hæc (ſcilicet viſa) aut dæmoniacos facit, aut arreptitios, aut falſos Prophetas.

Ut tamen vera a falſa Prophetia diſcerni poſſit, hoc ſubdit laudatus S. Thomas (1) poſt S.Ioannem Chryſoſtomum (2), ſignum, quod ſci-

(1) Ibid. ad tertium.
(2) Homil. 19. Oper. Imperf.

ſcilicet ſi res, de qua loquutus eſt Propheta, evenerit, divino afflatus lumine eam prædixit: ſi aliter ſe res habuerit, Dæmonis Propheta habendus erit: *Dicendum*, inquit ipſe, *quod aliquibus ſignis etiam exterioribus diſcerni poteſt Prophetia Dæmonum a Prophetia divina: unde dicit Chryſoſtomus ſuper Matth., quod quidam prophetant in ſpiritu Diaboli, quales ſunt divinatores; ſed ſic diſcernuntur; quoniam Diabolus interdum falſa dicit, Spiritus Sanctus numquam: unde dicitur Deuteron.* 18. 21. *Si tacita cogitatione reſponderis, quomodo poſſunt intelligere verbum, quod Dominus non eſt loquutus? hoc habebis ſignum, quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non evenerit, hoc Dominus non eſt loquutus.*

Aliud quoque innuit S. Chryſoſtomus (1) veræ Prophetiæ ſignum, quin eius eventum expectemus, quando ſcilicet extra ſe facti, vel quaſi timore perculſi, vel admiratione capti, ea quæ loquuntur, aliis enarrant, ut Iſaias (2), & Daniel (3) de ſeipſis referunt, tunc

(1) Homil. 29. in 1. ad Corinth.
(2) cap. 21. verſ. 3.
(3) Cap. 10. verſ. 8.

tunc ipſe loquendi modus rem a Deo eſſe evincit.

Canon XIV. In probatis etiam, & veris Viſionibus, nec non Revelationibus non omnia, quæ quis videt, & loquitur, Deo revelante loquitur, ſed quædam proprio, humanoque inſtinctu, ut notat S. Thomas ex S. Gregorio (1) *Gregorius dicit*, ait laudatus S. Thomas (2), *ſciendum eſt, quod aliquando Prophetæ Sancti dum conſuluntur, ex magno uſu prophetandi quædam ex ſuo proferunt, & ſe hoc ex Prophetæ ſpiritu dicere ſuſpicantur.*

Dicendum, ſubdit S. Doctor, *quod mens Prophetæ dupliciter a Deo inſtruitur uno modo per expreſſam revelationem, alio modo per quemdam Inſtinctum occultiſſimum, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur, ut Auguſtinus dicit 2. ſuper Geneſ. ad Litt. cap. 17. De his ergo, quæ expreſſe per ſpiritum prophetiæ Propheta cognoſcit maximam certitudinem habet, & pro certo habet, quod hæc ſunt divinitus ſibi revelata: unde dicitur Hierem.*

(1) Homil. 1. ſuper Ezechiel.
(2) Secunda ſecundæ q. 7. art. 5.

rem. 26. 15. In veritate miſit me Dominus ad vos, ut loquerer in aures veſtras omnia verba hæc; *Alioquin ſi de hoc ipſe certitudinem non haberet, ſides, quæ dictis Prophetarum innititur certa non eſſet: & ſignum propheticæ certitudinis accipere poſſumus ex hoc, quod Abraham admonitus in prophetica viſione, ſe præparavit ad filium unigenitum immolandum: quod nullatenus feciſſet, niſi de divina revelatione fuiſſet certiſſimus; ſed ad ea, quæ cognoſcit per Inſtinctum aliquando ſic ſe habet, ut non plene diſcernere poſſit, utrum hæc cogitaverit, aliquo divino Inſtinctu, vel per ſpiritum proprium: Non autem omnia, quæ cognoſcimus divino inſtinctu ſub certitudine prophetica nobis manifeſtantur. Talis enim Inſtinctus eſt quiddam Imperfectum in genere Prophetiæ, & hoc modo intelligendum eſt verbum Gregorii, ne tamen error ex hoc poſſit accidere, per Spiritum Sanctum citius correcti, ab eo quæ vera ſunt audiunt, & ſemetipſos, quia falſa dixerint reprehendunt; ut ibidem Gregorius ſubdit.*

Hæc, quæ ex Angelico Doctore poſt S. Gregorium notavimus, ipſius Gregorii verbis confir-

firmare lubet, qui aperte id Sacræ Scripturæ exemplo explicat (1): *Nathan*, ait, *Prophetam Sanctum virum fuiſſe, quis neſciat? qui David Regem, & de culpa aperte reprehendit, & quæ ei pro culpa eadem eſſent ventura nunciavit: Dum eum tamen idem David, quia Templum Deo vellet conſtruere, requiſiſſet, illico reſpondit*: Omne, quod eſt in corde tuo, vade, fac, quia Dominus tecum eſt: *de quo illic ſtatim ſubditur*: Factum eſt autem in nocte illa, ecce ſermo Domini ad Nathan dicens vade, & loquere ad ſervum meum David: Hæc dicit Dominus Deus, Numquid ædificabis mihi Domum ad habitandum &c. *Qua in re inter Prophetas Veros & Falſos iſta diſtantia eſt, quia Prophetæ veri, ſi quid aliquando per ſuum ſpiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per ſanctum ſpiritum eruditi citius corrigunt; Prophetæ autem falſi, & falſa denunciant, & alieni a Sancto Spiritu ſua falſitate perdurant*. Atque alibi (2) ait: *Aliquando Spiritus Prophetiæ deeſt Prophetis, nec ſemper eorum animis præſto adeſt*. Rationem profert S. Hie-

(1) Reg. 7. verſ. 3.
(2) Homil. 1. in Ezech.

S. Hieronymus apud Pereiram (1) qui docet Prophetiam non habitum eſſe, ſed donum, ut aiunt, tranſiens.

Iure igitur optimo Cl. Andreas Spagni in eruditiſſimo ſuo opere de Miraculis (2) Prophetiam definit: *Manifeſtatio, quam homo ſui compos facit eorum, quæ intelligit divinitus ſibi eſſe communicata*: Quæ ſane per partes ex ſacræ Scripturæ auctoritate, & Sanctorum Patrum dictis probat, atque explicat, ſubditque opportune Prophetias Iſaiæ, Abdiæ, & Nahum inſcribi *Viſio Iſaiæ* (3), *Viſio Abdiæ* (4), *Liber Viſionis Nahum*.

Canon XV. Quum lumen hoc Dei loquentis is tantum noſcat, qui Revelationes recipit, hinc prudentis directoris non eſt, ut docet S. Thereſia (5), prohibere, ne quæ in huiuſmodi mentis æſtu quis noverit, narret; poterit enim ex his diſtinguere director, num propria, & vera Prophetia, & cuiusnam gra-

(1) Lib. 12. in Daniel. cap. 10. verſ. 4.
(2) Propoſitione II. art. 1. pag. 60.
(3) Cap. 1.
(4) Cap. 1.
(5) Manſ. v. cap. 9.

gradus ipſa ſit (*a*): Caveat tamen ipſe curioſius inveſtigare ſcitando, multoque minus præveniendo: imo contemptum potius Perſonæ, Dictorum, & Revelationum præſeferat: Audita tamen, ac deprehenſa huiuſmodi extraordinaria Dei dona aliis nequaquam aperiat, tum ne ſuperbiendi periculo Animam exponat: tum ne aliorum deriſioni illam obiiciat, ſi quam forte

(*a*) *Minus Propheta eſt*, ait S. Auguſtinus (1), *qui rerum, quæ ſignificantur ſola ipſa ſigna in ſpiritu per rerum corporalium imagines videt: & magis Propheta eſt, qui ſolo earum rerum intellectu præditus eſt: ſed & maxime Propheta eſt, qui utroque excellit, & ut videat in ſpiritu corporalium rerum ſignificativas ſimilitudines, & eas vivacitate mentis intelligat.*

Auguſtino ſubſcribens S. Thomas (2) ait, *Inde eſt, quod Prophetia per quam aliqua ſupernaturalis veritas conſpicitur ſecundum intellectualem veritatem eſt dignior, quam illa, in qua veritas ſupernaturalis manifeſtatur per ſimilitudinem corporalium rerum ſecundum imaginariam viſionem: ſicuti in doctrina humana auditor oſtenditur eſſe melioris Intellectus, qui veritatem intelligibilem a magiſtro nude prolatam capere poteſt, quam ille, qui indiget ſenſibilibus exemplis ad hoc manuduci.*

(1) Lib. 12. de Geneſ. ad litter. cap. 9.
(2) Secunda ſecundæ quæſt. 174. art. 2.

te noxam, ut ut levem, quæ mortalium imbecillitas eſt, deprehendant.

Canon XVI. Licet Prophetia, atque Propheticus inſtinctus a Deo ſint, ut conſtat ex libro Sapientiæ, ubi legitur (1), quod Dei Sapientia Prophetas conſtituit: & ex epiſtola 2. Petri (2) in qua habetur: *Non voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati loquuti ſunt ſancti*: non idcirco ſancti ſunt, & perfecti, qui vel prophetant, vel inſtinctu prophetico loquuntur: quum ex iiſdem ſacris litteris conſtet, malos quandoque prophetaſſe: quemadmodum de Balaam, qui malus erat (3), ſaltem quum ad Regem Balac ſe contulerat, & de Caipha, qui Prophetico inſtinctu, eſt loquutus, ut Evangeliſta (4) diſertis verbis notat, dicens: *Expedit, ut unus moriatur homo pro populo &c. Hoc autem*, Ioannes ſubdit, *A ſemetipſo non dixit, ſed quum eſſet Pontifex anni illius Prophetavit, quod Ieſus moriturus erat pro gente*: Hinc eſt quod ex prophetiis animarum perfectio

(1) Cap. 7. ver. 27.
(2) Cap. 1. ver. 2.
(3) Num. 2. cap. 22.
(4) Ioan. Cap. 10. v. 50.

Digitized by Google

fecto argui non poteſt: quapropter ad reliquas vitæ actiones, quæ num donis huiuſmodi extraordinariis reſpondeant, attendat prudens Director oportet, ut iudicium de iis rectum ferat, atque ex illis dirigendi methodum ſtatuat, firmet, immutetve.

CANON XVII. Exſtaſim (*a*), patientes non illico

(*a*) Exſtaſis *Mentis exceſſus* (1) aut *Stupor mentis* (2) in ſcripturis dici conſuevit. Deſcribitur vero a doctiſſimo Alvarez de Paz (3) in hunc modum: *Solet Dominus Animam Contemplatricem exterioribus vacantem, aut vocaliter orantem, vel aliquid utile conſiderantem in momento vocare: & Intellectum, & Affectum, & Cogitationem, ipſa quaſi nihil faciente ad interiora colligere, & ante illam menſam lucis, & amoris, quibus abunde reficiatur, apponere: Tunc ipſa non gravate, ſed lubenter: imo quaſi tracta ab alio (& vere tracta eſt) exteriora deſerit, & quaſi naturaliter ipſos corporis oculos claudit, et Viſum, et Auditum, et reliquos ſenſus ad interiora convertit*. Rurſus (4) Exſtaſim ex modo dictis definit:

(1) Actor. cap. 10. verſ. 10.
(2) Ibid. cap. 22. verſ. 17.
(3) Tom. 3. Lib. 5. par. 3. cap. 2. ubi de ſecundo Contemplationis gradu, quem nominat: *Seceſſus virium Animæ ad interiora*.
(4) Ibid. cap. 8.

lico inter electas a Deo animas ſunt enumeratæ; quum & fingi ab ipſis quandoque poſſint, & ope Dæmonis quoque haberi, ut de Simone mago Acta Apoſtolorum referunt. Idem eſt de Raptu (*b*). A Deo autem hæc eſſe, præter

nit: *Eſt ergo Exſtaſis*, ait, *elevatio mentis in Deum cum extractione a ſenſibus exterioribus ex magnitudine ipſius elevationis procedens: quum enim Anima limitatæ virtutis, et capacitatis ſit, quanto efficacius, et vehementius uni functioni attendit, tanto minus aliis intendit: unde poteſt, agente, et illuminante eam Deo, tanta intenſione divinis rebus inſpiciendis, et diligendis incumbere, ut nec præſentia videat, nec verba prope loquentium audiat, neque etiam ferrum, aut ignem corpori ſuo admotum percipiat; et breviter, ut omnem uſum ſenſuum delinquat, et tunc dicitur Exſtaſim pati. Cogita itaque ſi potes.... quam mirandum amplexum intra ſentiet, quæ nec acerbiſſimum dolorem cruciantem advertit.*

(*b*) Sunt qui apud doctiſſimum Proſperum Lambertinum (1) (qui ad Pontificatum aſſumptus Benedictus XIV. dici voluit) putarunt, idem eſſe Exſtaſim, ac Raptum, & nonniſi voce differre: Alii vero fortaſſe melius unum ab alio diferre tamquam Genus a ſpecie cum Ioanne Baptiſta Scaramelli (2) docuerunt: ſtat enim pro his vocum ethymon Exſtaſis

(1) De Beatif. lib. 3. cap. 49. num. 3.
(2) Director. Myſtic. Tract. 3. cap. 19. & 21.

ter probatiſſimos mores, & ſtabilem virtutum exercitationem, obedientia maxime indicat, qua ab Exſtaſi, vel Raptu revocetur: atque ad ſe redeat, ſecumque iterum habitet. Qua in re illud notatum voluit Lopez (1) *Non*

S *ſtatim*

ſis quippe Quietem exprimit: Raptus vero Motum: Stat definitio, & Auctoritas S. Thomæ (2) *Raptus addit aliquid*, ait, *ſupra Exstasim: Nam Exstasis importat ſimpliciter exceſſum a ſemetipso: sed Raptus super hoc addit violentiam quamdam*. Quare Raptum definimus cum Cl. Spagni (3) Alienatio animi a ſenſibus ad aliquid ſupernaturale cognoſcendum coniuncta cum violento ipſius animi, & quandoque etiam corporis motu, ut eius elevatio, volatus, ut de Ezechiele legimus (4) *Similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & elevavit me ſpiritus inter terram, & cælum, & adduxit me in Ieruſalem in viſione Dei*. Atque ut ſe vidiſſe in Sancto Ioſepho a Cupertino pluries affirmat Eminentiſſimus Brancatus (5): *Prima vice*, ait, *videns eiuſmodi factum ita obſtupui, ut & calorem vehementem in me ſenſerim excitatum, & capitis mei capillos obriguiſſe, & per ſpatium aliquod temporis elanguerim præ ſtupore*.

(1) Lucern. Myſtic. Tract. 5. num. 451.
(2) Secunda Secundæ quæſt. 175. art. 2. ad 1.
(3) Vol. 1. de Miracul. Prop. 2. art. 2.
(4) Ezech. cap. 8. verſ. 3.
(5) De mirac. num. 934., & 994.

ſtatim damnandum eſſe deliquium, ſi illico homo ab eo per præceptum non revocetur; debet tamen (& hoc notet director) ſtatim ad minus, quaſi qui excitatur a ſomno expergiſci, & aliquo modo in ſe redire.

CANON XVIII. Non quodlibet Prodigium, Miraculum, vel Gratia, ut dici conſuevit, Miraculoſa, a prudenti, ſapienteque Directore, ſine examine admittatur: quare quæ ad Miracula pertinent, ipſum latere non debent; Hoc autem loci omittenda non eſt generalis miraculorum doctrina huiuſmodi Animarum directoribus omnino neceſſaria, quam (a) paucis expediemus ex D. Thoma.

CA-

(a) *Miraculorum aliqua quidem ſunt non vera,* docet S. Thomas (1), *ſed phantaſtica facta; quibus ſcilicet ludificatur homo, ut videatur ei aliquid, quod non eſt: quædam vero ſunt vera facta, ſed non vere habent rationem Miraculi, quæ fiunt virtute aliquarum naturalium cauſſarum, & hæc duo poſſunt fieri per dæmones* ut ſupra dictum (2), ubi refert illud Apoſtoli ad Theſſalonicenſes 2. cap. 2. verſ. 9. quod adventus Antichriſti erit ſecundum operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendaci-

(1) Secunda ſecundæ quæſt. 78. art. 2.
(2) Art. præc. ad 2.

CANON XIX. Miracula non ſunt certa ſanctimoniæ ſigna in iis, qui in hac mortali vita degunt, ut habet S. Gregorius (1) inquiens: *Probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere*: & Auguſtinus Petilianum Donatiſtam redarguens ait: *De excluſione* (2) *dæmonum, & de potentia miraculorum, quoniam plerique talia non faciunt, & tamen ad Regnum Dei pertinent: plerique autem faciunt, & non pertinent: nec noſtri, nec veſtri debent gloriari, ſi qui forte iſta poſſint*. Eadem habet Chryſoſtomus (3): *Ne ipſa quidem*, inquit, *Miraculorum operatio cuiquam profutura eſt, ſi ea operatus fuerit poſſeſſione virtutum*: idem fuſius alibi docet (4) Quod ex

dacibus: & ſicut Auguſtinus dicit 20. de Civit. Dei cap. 19. ambiguum eſſe ſolet utrum propterea dicta ſint ſigna, & prodigia mendacia, quoniam mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt, ut quod non facit, facere videatur: an quia illa etiam ſi erunt vera prodigia ad mendacium pertrahunt crediturus.

(1) Lib. 20. moral. cap. 8.
(2) Lib. 2. contr. Litter. Petil.
(3) Homilia 25. in Matth. 7.
(4) Hom. 13. in cap. 13. Matth.

ſcripturis colligitur aperte: Matthæi enim (1) legimus Chriſtum Dominum hæc pronunciaſſe: *Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine nonne in nomine tuo Dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos*. At quorſum Miracula hujuſmodi ab impiis hiſce? O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ eius! Deus donorum ſuorum Dominus eſt: At ſi quid tamen excogitari, aut proferri hac ſuper re poſſit trepide, pudenterque auſim dicere, id fieri, ut firmetur quod Dominus Apoſtolos (2) docuerat, quum poteſtatem patrandi miracula, conceſſerat: *In hoc nolite gaudere: gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*.

At licet per impios Deus mira hæc operetur quandoque; per inſignes tamen ut plurimum ſanctitate viros hæc patrare conſuevit: docente Auguſtino (3) *Credamus* (Sanctis) *& vera dicentibus, & mira facientibus: dicendo enim vera paſſi ſunt, ut poſſent facere mira*: Perpaucos fuiſſe ſceleſtos hoſce, quorum

(1) Matth. 10. v. 5., & 6.
(2) Luc. 10. v. 19.
(3) De Civit. Dei Lib. 22. cap. 10.

rum opera Deus uſus eſt, ut optime ſapienterque obſervant & probant Ioannes Maldonatus (1) Franciſcus Suarez (2) Gabriel Muſſon (3), aliique poſt S. Thomam (4), idcirco non minimum erit ſanctimoniæ indicium; præſertim ſi mores, ut ſupra diximus, reſpondeant. Itaque.

Miraculum, ait S. Thomas, (5) dicitur *quaſi admiratione plenum, quod ſcilicet habet cauſſam ſimpliciter, & omnibus occultam: Hæc autem eſt Deus*. Ad hæc ſubdit eminentiſſimus Caietanus (6): *Quid habeat Miraculum ex admiratione ſcilicet cauſſam ignotam effectus patentis: & quid ex plenitudine ſcilicet occultatione cauſſæ non reſpectu huius, vel illius, ſed ſimpliciter ob diſcrimen inter Mirum & Miraculum, quia illud dicitur ex parte, ſcilicet reſpectu huius (ſicut Ecclypſim ſolis miratur Ruſticus, non autem Aſtro-*

S 3

(1) In Matth. cap. 7. verſ. 22.
(2) De Fide Diſp. 4. ſect. 3.
(3) Sac. Theol. part. 2. de Mirac. L. 4.
(4) Secunda ſecundæ quæſt. 178. art. 2.
(5) I. part. quæſt. 105. art. 7.
(6) Ibidem.

Aſtrologus): *hoc nonniſi ex toto, ſcilicet reſpectu omnium*.

Pergit inde & miracula diſtinguit Sanctus Thomas, cui (paucos ſi excipias) omnes ſubſcribunt Myſticæ Theologiæ Doctores: *Excedit* (1) ait, *autem aliquid facultatem naturæ tripliciter: Uno modo quantum ad ſubſtantiam facti, ſicut quod duo corpora ſint ſimul, vel quod ſol retrocedat, aut quod corpus humanum glorificetur, quod nullo modo Natura facere poteſt: & iſta tenent ſummum gradum in miraculis*.

Secundo Aliquid excedit facultatem naturæ non quantum ad id, quod fit; ſed quantum ad id, in quo fit: ſicut reſuſcitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum, & ſimilia. Poteſt enim natura cauſſare vitam, ſed non in mortuo, & poteſt præſtare viſum, ſed non in cæco: & hæc tenent ſecundum locum in Miraculis. (*a*)

Ter-

(*a*) Huius ſecundi generis plura in ordinem digeſrit Miracula Auguſtinus (2), atque, S. Thomas, explicavit etiam ea eodem modo.

Vide

(1) I. part. quæſt. 105. art. 8.

(2) De Trinit. Lib. 3. cap. 5.

Tertio modo excedit aliquid facultatem naturæ quantum ad modum, & ordinem faciendi; ſicut quam aliquis ſubito per virtutem divinam e febre curatur abſque curatione, & conſueto proceſſu naturæ in talibus: ut quum ſtatim aer divina virtute in pluvias denſatur, abſque naturalibus cauſſis, ut factum eſt ad preces Samuelis, & Eliæ: & huiuſmodi tenent ultimum locum in miraculis.

Miraculum tertii generis confunditur cum Gratia miraculoſa, inter quæ diſcrimen ſtatuens Mattheucci (1) notat, quod Miraculum fiat in inſtanti, & Gratia Succeſſive: *expreſſius*, ait, *differentia Miraculi a Gratia in eo ponitur, quod Miraculum a ſolo Deo prodit, quin phyſice concurrat cauſſa ſecunda; adeo ut effectus miraculoſus ſit adæquate phyſice tribuendus divinæ virtuti operanti ſuper activitatem totius naturæ creatæ; Gratia vero fit cauſſa etiam ſecunda concurrente, præbente Deo non tantum generalem concurſum,*

Vide Paullum Zacchiam, qui accurate de hiſce diſſerit (2), & rem illuſtrat.

(1) In Pract. Theol. Canon. tit. 3. cap. 1. §. 9. ex Diana Coordinato Tom. 8. Tract. 1. Reſol. 1.

(2) Lib. 4. quæſt. 8. num. 23.

quem ex providentia generali ordinarie præſtat cauſſis ſecundis in productione effectuum naturalium ſanitatis, pluviæ, ſerenitatis, ſed concurſum provenientem ex ſpeciali benevolentia etiam in linea naturali, ad quem præſtandum movetur ab interceſſione Sancti, vel Servi Dei invocati. Exponitur: Infirmus requirit a Deo ſanari a febri, & pro beneficio obtinendo invocat Servum Dei: interea pharmaca adhibentur, vel criſis excitatur, & a febri liberatur, quin illico vires omnes recuperet, ſed ſolum ſucceſſive: citius tamen, & in minori tempore, quam ſi non fuiſſet ſervus Dei invocatus.

Ad miraculi Naturam quatuor ut omnino neceſſaria ſtatuit acutiſſimus Andreas Spagni (1): Eſt igitur.

Primum *ſenſibilitas effectus*: Hæc habebitur ſi primo certo conſtet de morbo, exempli cauſſa de cæcitate: conſtet item de morbi expulſione, ſcilicet de viſu.

Secundum: *Ratio Miraculi*, ut ait Eminentiſſimus Brancatus (2): *quod ſcilicet non potu-*

(1) Opere de Miraculis Part. 2. Prop. I. pag. 32.
(2) De Miraculis num. 1064.

poterit a Natura, vel arte, aut Dæmone provenire. Et hæc dicitur probatio negativa coarctata: id eſt excludentis omnem aliam cauſſam, & reſtrigentis ad ſupernaturalem cauſſam: ut hæc habeantur neceſſe erit cognitio de morbi natura: quæ colligi facile poterit ex cauſſa ipſius, & ſymptomatibus.

Tertium: Ut effectus haberi non poſſit per media ordinaria: Quod ſcilicet Remedia non ſint adhibita, vel nihil omnino profuerint. At ut idipſum conſtet, neceſſe erit, ut quæ ipſa fuerint, ſciamus.

Addunt nonnulli poſt Cl. Proſperum Lambertinum (1) perfectam morbi expulſionem eſſe ex miraculo, illud probat, ſi illico priſtinæ redeant in membris vires, nec imbecillitas ulla in corpore ſentiatur, docente Hieronymo. *Sanitas (2) quæ confertur a Domino, tota ſimul redit*. Ex quo Inſtantaneam etiam eſſe debere ſanitatem inferunt, firmantque ex iis, quæ Chriſtus Dominus patravit miracula, quibus, referentibus Evangeliſtis, ſignata verba apponuntur, ut de Muliere Curva Lucæ

(1) De Beatif. Sanct. lib. 4. part. 1. cap. 8. num. 22.
(2) Apud S. Thom. 3. par. quæſt. 44. art. 3. ad 2.

cæ 13. legitur: *Impoſuit illi manus, & con-feſtim erecta eſt.*

Quartum tandem illud eſt, quod fiat ad Fidei catholicæ roborationem, vel ad denunciandam alicuius ſanctitatem, ut cum Lambertino (1) & ipſe fuſe probat Spagni (2) plu-ria ex Scripturis ſcilicet, ex Patribus, ex Ratione (*a*) adducens momenta.

Illud non omittendum, quod præclare, ex-plicateque monuit S. Auguſtinus apud S. Thomam (3) Directores: *Sermo brevis, & rigidus cum his mulieribus habendus eſt; nec tamen quia ſanctiores, ideo minus cavendæ. quo enim ſanctiores fuerint, eo magis alliciunt.* Ubi ſubdit Angelicus Doctor: *Licet generalis affectio ſit omnibus perículoſa, ipſis tamen* ma-

(*a*) Qui de Miraculorum Natura, & eorum ad-iunctis inſtrui apprime velit adeat Matta (4) Brancatum (5) Lambertinum (6), qui plurimos alios citat, & Spagni (7).

(1) De Beatif. 55. lib. 4. cap. 4. num. 6.
(2) De Miraculis.
(3) Opuſc.
(4) De Beatif. ſanct.
(5) De Beatif. 55.
(6) loc. cit.
(7) De Mirac.

magis pernicioſa quando converſantur cum perſona, quæ ſpiritualis videtur: nam quamvis principium videatur purum; tamen frequens familiaritas quanto plus creſcit, infirmatur principale motivum, & puritas maculatur.

De Myſtica Theologia ſcripſerunt egregie, atque regulas diſcernendarum Viſionum, Revelationum, Raptuum &c. collegerunt Alphonſus Epiſcopus Giennenſis, eaſque præpoſuit octavo libro Revelationum S. Birgittæ: Ioannes a Turrecremata in Prologo iiſdem Revelationibus præfixo: quorum Primo a Gregorio XI., & Urbano VI.: Alteri a Concilio Baſileenſi eas examinandi cura demandata fuit. Item Ioannes Lanſpergius in Prologo Revelationum S. Geltrudis. Eminentiſſimus Bona (1) Lopez (2) Alvarez de Paz (3) Mattheucci (4) De Martyribus (5) Philippus a Ss. Trinitate (6) Scaramelli (7) Ludovicus da Pon-

(1) De Diſcretione Spirituum.
(2) Lucerna Myſtica.
(3) De diſcretione Spirituum.
(4) Practica Theolog. canonic.
(5) Compend. Doct. Myſt.
(6) Theol. Myſt.
(7) De diſcetione ſpirituum.

Digitized by Google

XI. quippe capite rationem exponit cur Deum non diligamus: Ubi quatuor orationis gradus proponit.

Cap. XII. idem proſequitur argumentum, metodumque ſufficit, qua, Deo adiutore, ad altiorem perfectionis gradum aſcendere valeamus, monetque opportune magno nocumento iis eſſe ad extraordinaria aſſurgere velle: Sed a Deo expectanda unice eſſe, qui hæc ipſis largiatur.

Cap. XIII. De eodem primo orationis gradu agit: Dæmonis fraudes detegit, quibus offendicula incipientibus obtrudit, ne ultra progrediantur: Et qui eas ſuperari poſſint, docet.

Cap. XIV. Qui ſit ſecundus Orationis gradus enucleat, quo ſcilicet Deus peculiari quo-

dall' ultima impreſſione delle ſue opere Spirituali fatta uſcir da Madrid nel 1752.

Con rigoroſo eſame a reintegrazione delle tante uſcite finora edizioni difettoſe; Le quali opere così reſtituite al primo loro naturale decoro ſi riportano in oggi per la prima volta dallo Spagnuolo nel noſtro idioma italiano con fedele verſione dal M. R. P. F. Stefano de SS. Pietro, e Paolo Religioſo dell' iſteſs' Ordine, e Provinciale della Provincia di Venezia.

In Venezia preſſo Simone Occhi 1762.

quodam modo oranti ſe cognoſcendum exhibet: & qua ratione id naturæ vires prætergrediatur, dilucide oſtendit.

Cap. XV. Nonnulla præſcribit iis, qui hac Oratione Quietis perfruuntur, additque plures eſſe Animas, quæ hunc ſecundum perfectionis gradum attingunt: perpaucas vero, quæ ultro progrediantur.

Cap. XVI. De Tertio, ac ſublimiori Orationis gradu loquitur: atque effectus exponit, quos extraordinaria iſthæc dona in Anima, auctore Deo, operantur.

Cap. XVII. Fuſius de hoc pertractat.

Cap. XVIII. Quartum, atque ultimum gradum proponit: & licet ſublimia ſint, quæ in medium profert, & intellectu difficilia, mira tamen claritate ea explicare nititur.

Cap. XIX. Iterum eadem de re ſermonem inſtituit, ut facilius intelligantur; ſubditque profluentes, & conſequentes effectus, & valde utilia docet.

Cap. XX. Quid raptus ſit: qui eius effectus: quodque donum ex hoc in Animam dimanet; ubi & diſcrimen Unionem inter & Raptum ſtatuit.

Cap. XXI. Eadem de re agit iterum: addit-

ditque nonnulla de Lumine, quo Deus Animam illuminat, ut tandem Satanæ fraudes dignoſcere valeat, & cavere.

Cap. XXII. Monet ne quis ſibi fidens ſtudeat ad huiuſmodi perfectionis gradus, atque extraordinaria iſthæc pertingere dona; ſed a Deo expectanda, ut immittantur: & quomodo in iis debeat Anima ſe gerere, Animam inſtruit: eaque in re ſe ſe aliquando deceptam candide exponit.

Cap. XXIII. De divinis internis loquutionibus agit: occurrit deceptionibus, quæ in hiſce eſſe poſſint: ac regulas tradit, quibus eas noſcere valeamus.

Cap. XXVI. & XXVII. Eadem fuſius, clariuſque perſequitur, aliumque ſubnectit modum, quo Deus Animæ ſuam explicat voluntatem.

Cap. XXVIII. XXIX. De Viſione Imaginaria diſſerit, ut qua ratione, ac via dignoſci poſſit, num a Deo nec ne illa procedat.

Hæc præ aliis attente perlegenda Directori propoſuimus, tum quia in Virginis huiuſce doctrina plane cæleſti perſpicuitas elucet ſingularis: tum quia experta loquitur, quod hac in re caput eſt, & ſummum. Quum hæc paſſa ſit

Digitized by Google

ſit ipſamet, ac periclitata circumſtantias non omiſiſſe putamus, quæ alterum ab altero divinum ſcilicet lumen a non divino diſcriminatur. In quo ſane tota eſt Facultas hæc; atque maxima Facultatis eiuſdem difficultas.

FINIS.

INDEX RERUM.

Numeri deſignant Paginas: Alphabeti Litteræ Adnotationes:

A

ALcuinus Albinus Flaccus omnium ſuæ ætatis doctiſſimus: maximi a Carolo Magno habitus. Pag. 99
Amato Caietanus egregias Metaphyſicæ Inſtitutiones nuper edidit iuxta Recentiorum methodum. 2: a
s. Anſelmus fere primus inter Latinos Scholaſticam invexit Theologiam. 105
Ariſtotelem non inter plebeios, vulgareſque Philoſophos enumerant Eruditi. 29 a
Aſſerta philoſophica, quum probabilitatis fines non excedant, non ſunt inter demonſtrationes indubias recenſenda.
s. Auguſtini regula pro dignoſcendis Canonicis ſcripturis. 124
Eiuſdem canones pro Sacrarum Scripturarum intelligentia. 126
Uſus eſt rationibus quoque ad explicanda Fidei dogmata. 146. & 148. a

B

B Ælius Petrus inſcite aſſerit argumenta contra divina Myſteria ſolvi non poſſe: Eius Sophiſma refertur, ac diluitur. 164
Bellarmini Roberti elogium. 214 a
Eiuſdem contraverſarium Breviarum. 217 a
Boskovikius Ioſeph Rogerius proprium protulit Phyſicæ Syſtema. 25 a
Eiuſdem argumentum pro modis diſtinctis. 10
Brukerus iniuria in S. Thomam invehitur. 117

C

C Aietani Eminentiſſimi peculiaris ſententia de ſcripturarum interpretatione reiicitur. 129
Canones exponuntur pro intelligentia Sacrarum Scripturarum ex Patribus. 125
Canus Melchior non omnino improbat quæſita Scholaſtica. 196
Catechiſtæ qui, & cuius doctrinæ viri primis Ecclesiæ temporibus. 90
Quodum eorum munus. 94
Catechumenorum quot fuere gradus, & Qui? 90 a
Cenſuræ Theologicæ explicantur. 167
Cicero M. Tullius philoſophicam facultatem pluries commendat. 2 & 3 a
Clementis Titi Flavii doctrina quanta fuerit. 91
Cur Alexandrinus dictus. 90 a
Cumberlandus Richardus falſum ſumit Iuris Naturæ fundamentum. 74

D

DAmaſcenus Ioannes primus inter Græcos Theologiam ſcholaſtica methodo tractavit. 100
Dialectica ad ſcientias neceſſaria eſt. 5
Eius uſus in Theologia ex Patribus oſtenditur. 146
Eiuſdem abuſus reprobatur. 148
Errores ex Dialecticæ abuſu oborti, ex Dialecticæ ordinato, ſanoque uſu refelluntur. 150
Demarco Xaverius uno Electricitatis principio pene omnia phyſices phænomena eleganti carmine enucleavit. 25 a

E

ECclectica philoſophandi methodus cæteris eſt præponenda. 30 a
Epicurei ſuam quoque Dialecticam habuiſſe notat Seneca. 5 a
Erigena Ioannes Scotus Philoſophandi abuſu in non leves incidit errores.

F

FLeiſcherii Laurentii impium de Iure Naturæ ſyſtema exponitur. 57

G

GRotium Hugonem in nonnullis in ſyſtemate de Iure Naturæ peccaſſe notatur. 58

Cuius ingenii, & Doctrinæ, cuius Religionis fuerit exponitur. 58 a
Eius argumentum pro Traditione contra Rivetum. 148
Eelecticã ſequitur philoſophandi rationem. 30 a

H

HEinecii Ioannis de Iure Naturæ Syſtema mancum eſt. 75
Mendaciis in S. Thomam invehitur. 115
Hieronymus mira de Didymo refert. 93
Quid ipſe de translatione Sacræ Scripturæ dicat. 137 a
Quas ſibi propoſuit regulas. 139 a
Hobbes Thomæ de Iure Naturæ Syſtema exponitur, & refellitur. 52
Plurima ex veteribus collegit. 56 a

I

INutilia Quæſita a Theologicis Inſtitutionibus prorſus reicienda. 177
Iſidorus Hiſpalenſis Tractationem dedit Poſitivæ Theologiæ. 97
Ius Naturæ non recte exponitur ab Heterodoxis. a 52 ad 83
Qua de cauſſa catholicos conviciis, ac ſe ipſos laudibus cumulant. 45
Non recte Ius Naturæ cum Iure Gentium confunditur. 51 a

Qui

Qui ex Catholicis ſapienter ſcripſerunt. 51 *a*

L

Libri ſacri tum Veteris tum Novi Teſtamenti
Qui ſint. 122
Qui Protocanonici, qui Deuterocanonici. 123
Lombardus Petrus ſummo in honore fuit apud ſuæ ætatis viros. 106
Maximi etiam habitus eſt dein ab aliis Theologiæ Doctoribus. 108
Quæ contra ipſum nonnulli obiicerunt diluuntur. 107
Breviarium eorum, quæ ipſe in libris Sententiarum ſcripſerit. 110

M

Manutii Aldi ſententia de Philoſophia vulgari lingua tradenda. 17 *a*
Maurus Rabanus ſui ævi doctiſſimus: ipſo Doctore Fuldenſe Monaſterium doctrina floruit. 99
Mazucchelli Hieronymus de Idroſtatica egregie ſcripſit. 25
Menkenius Ioannes Burkardus peſſime de Peripateticis ſentit. 7 *a*
Moralis Theologia utilis Chriſtifidelibus. 224
Quæ contra obiiciuntur, diluuntur paucis. 222
Muratori Ludovicus Bellarmini doctrinam laudibus extollit, deſcribitque per partes. 214 *a*
Myſtica Theologia maximis implexa eſt difficultatibus. 231

Noti-

N

Notitia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ neceſſaria eſt Theologo; immo & Prophanæ. 174

O

ORigenes cur dictus Adamantius? Vir ſummo ingenio, atque eruditione præditus. 92
Dialecticam aliis ſcientiis inſerendam eſſe docet. 147
Theologicum Syſtema, infelici tamen ſucceſſu, adumbravit. 95

P

PAntænus Eccleſiaſticis doctrinis apprime eruditus cathecheſi præfuit. 91
Perſpicuitas in philoſophicis inſtitutionibus præſertim maxime neceſſaria. 4
Qua ratione haberi poſſit. 4 a
Phariſæi pæculiaris ſecta, & quæ? 89 a
Philoſophus aliorum opiniones nonignoret. 23 a
Præcipitantia in iudiciis ferendis circa nova Syſtemata in philoſophia cavenda. 33
Procopius ex Gaza primus Catenas Patrum contexuit. 97

Q

QUadratus Apoſtolorum diſcipulus libros ſcripſit pro Chriſtiana Religione. 96

Ra-

R

RAmus Petrus damnatus a Sorbonæ Doctoribus eo quod contra Ariſtotelis doctrinam ſcripſerat: atque ob eamdem cauſſam ipſum a Peripateticis occiſum in Laniena, & in Sequanam coniectum fuiſſe ferunt. 34 a
Raptus male confunditur cum Exſtaſi. 262 b
Regulæ pro experimẽtis rite conficiendis quæ? 39 a
Qui celebriores habiti ſunt in experimentis capiendis. 38 b
Roſelli Salvator egregium opus philophicum edidit nuperrime, ſi Adnotationes præſertim percurrantur. 21 a

S

SAdducæi unde dicti: quæ eorumdam doctrina. 89 a
Sanchez de Luna Ianuarius eruditam, nec ſine acumine, Dialecticam dono dedit Litterariæ Reipublicæ. 22 a
Seneca dotes exponit Philoſophiæ. 2
Eius partes deſcribit. 5
Spagni Andreas plura edidit de Philoſophicis argumentis volumina non ſine litteratorum plauſu excepta. 22 a

T

TAmagna Ioſeph non ultimum inter Philophos Recentiores locum tenet. 22 a

Ti-

Timor in viſionibus num falſam Vſionem & a Dæmone eſſe arguat.
Theologia quid ſit, & Quotuplex. 86 & 121
Diſcrimen Scholaſticam Theologiam inter & Poſitivam. 145
Theologus pro Adverſariorum diverſitate diverſa tractet arma. 131 & 163
s. Thomas a calumniis vindicatur. 115 & 176
Eius opera recenſentur. ibid. a
Eius Theologicæ Summæ Epitoma exponitur. 117 a
Traditionem admittendam eſſe contra heterodoxas probatur. 142 a

V

VAſco Ioſeph optime de Iuventute meritus eſt ob eruditiſſimum opus *Didactica* inſcriptum. 21 a
Verſiones veteris Teſtamenti, quot, quæ & a quibus fuerint. 133 a
Viſiones num a Deo ſint, Doctorum ſigna. 246
Vollaſtonii Guillielmi de Iure Naturæ ſyſtema, ſi in aliquibus corrigatur, non eſt omnino deſpiciendum. 80
Wolfius Chriſtianus non ſatis feliciter a difficultatibus ſe expedit in ſuo de Iure Naturæ ſyſtemate. 77
Vſus rationis in Theologia diverſus pro quæſitorum diverſitate. 161 & ſeq.

VA 1 1509823

ERRATA	CORRIGE
Pag. 1. amenioribus	amænioribus
2. promanaſſe	permanaſſe
10 modalitates	quam modalitates
ib. *tam eos*	*tum eos*
13 grammaticis	grammatices
15 litterario rude	litteraria rude
48 *nec par eſt*	*ceu par eſt*
52 commendati	commentati
73 reſponſionem	reſponſio
76 inquiens	inquies
ibid. Benevolentiam &c.	Benevolentia &c.
76 ſub experimento	ſub experimentum
77 fiant	fiat
81. medium ac ſublimius	medium ſublimius
82. inducebant . . . agnoſcebant ib. ut fluctuans	induxiſſe . . . agnoviſſe & fluctuans
97. errore	errores
105 ediderunt	contenderunt
209 quod autem	quo ad autem
ibid, novit	norit
119 tuebuntur	tuerentur
126 fruges tuos	fruges tuas
144 coruntum	contentam
ibid. dicemus	dicamus
145 firmantia	firmans
136 notionem	rationem
147 muri inſtar eſſe, &	muri inſtar, &
251 non oppoſuiſſent	oppoſuiſſent
173. derogat	deroget
178 ea nomine	eo nomine
185 explorato diſcernentes	explorato
194 ac area	ac antea
196 ſe	ſed
204 ſcholaſtica una eſt	ſcholaſtica licet una &c.
204 quæ fidei veritates	qua fidei veritates
ibid. quibus unaquæque	& qui unaquæque
207 oſtentatione	oſtenſione

206.	quod ut indubiis	ut indubiis
203	omnipoti	omnipotenti
219	ſelluntur	refelluntur
220	in his enim omnia	in his omnia
224	Adhibitam &c.	adhibita &c.
225	verum hi	ſiquidem hi
227	miſerti	miſerti ſunt
228	querimonia	querimoniæ
237	nobis relinquens	vobis relinquens
240	ex dicendum	& dicendum
243	ſomniatur	ſomniantur
253	captandi apud	captandi cauſſa apud
253	quod mulieres ... ut	ut mulieres
262	quippe ſi	quippe ſibi
277	ut optime	optime
282	pluria	plura

Digitized by Google

Digitized by Google

133
BB
36